 & aliarum personarum miserabi-
 lium, syndicatores debent ex
 non scripto decidere verbo te-
 nus, *Bart. in l. in sacris, C. de*
prox. sac lib. 12. n. 3. Paris de Proc.
in tractu syndic. in rubr. libellus
qualiter formetur in syndicatu c.
2. n. 6. corr. 232. a ter., & non
 requiritur libellus, *glos. in c. 1. de*
libelli obtatione in verbo sed illud.
 142 Nam causa parva, seu modica
 dicitur a duobus angustialibus in-
 fra, *Affl. consl. quicumque nullie-*
rum, & duo augustiales sunt triginea
 carolensium, *Niger in cap. Regni, ad hoc*
de furti, n. 130. glos. in autent.
nisi brevior, C. de sent. en brev.
retr. Paris de synd. in verbo officii-
is cap. 3. nam. 4.
 Et querelæ ipsorum recipiuntur
 143 absque solutione sportularum,
Manant. in suo spec. in 9. dist. princ.
rubr. ut judicium mercatorum,
n. 196. glos. in cap. statutum, &
in super de rescript. in 6.
 Et pro præfatis personis advo-
 144 catus potest compelli, ad susci-
 piendum patrocinium, *glos. ibi.*

in verbo pauperes.

Immò gratis debet patrocinium.

- 145 prestare pro paupere, ut dicit
glosa in supradicto citato capitulo
in verbo. an autem hoc casu, & reci-
piuntur prefata querela per syn-
dicatores absque forma l. libello-
 146. rum, ff. de accus. Paris de syn-
 dic. in verbo libellus qualiter for-
 metur in syndicato.

Nam si in istis modicis causis
 modicis quantitaris procederetur
 ordinariè, in scriptis in syndicato
 plus partes impenderent, quam es-
 set fora principali, quod est evitan-
 dum, *Bart. in l. mediterraneæ, C.*
de annon. & tribut. lib. 10. Gramat.
in conf. crim. quinquagesimo, &
 propterea syndicatores in istis causis
 debent partes reddere ad con-
 cordiam, cum sequi debeant iustum
 arbitrium inter partes, rem per me-
 dium dividere in dubiis questioni-
 bus *Rota Avenionen. dec. 122. gla-*
sa in l. Neseñnius ff. de negot. gestis
 nam iudex debet iudicare per me-
 dium cum bona conscientia, in fa-
 vorem utriusque, *Petrus de An-*
char. in conf. 210. inter contraria
Boer. dec. 42. n. 39. & dec. 155.
n. 27. Capic. dec. 176. in causa
Dom. Dominici n. 34.

Et syndicatorum quantum possunt
 147 debet partes reducere ad pacem,
 & ad communem concordiam.

Nam debemus amare Proximū

148 sicut nos ipsos, *cap. debet*
homo 23. q. 4.

149 Cum dubius sit eventus litis,
 l. quod deberar ff. de pecuh.

150 Namque est iudiciale certamen.
Alber. de Rosata in l. fin. ff. de po-
stull. Gramat. dec. 80. l. advocat, C.
de advoc. divers. iudiciorum, Angel.
de malef. in rubr. de quest. & tor-
ment. num. 38. fol. 369. à tergo.

Syndicatores igitur debent eligi
 151 viri probi optimæ doctrinæ, &
 conscientiæ non interessati.

Cum ob pecuniam præsumatur
 152 omnia mala facere, *Paris in*
tract. syndic. in verbo officialis c. 3.
n. 3. & propterea dignitates, & of-
 ficia debent conferri propter vir-
 tutes, & merita, *Boss. in titulo*
de ambiciosus num. 1. 2. & 5.

A D C A P. XI.

Addit. Leon. Ricci.

NOta al num. 143., che il nostro
 Autore dice, che le querelle di
 persone miserabili se ricevono, sen-
 za sportole, che a buon linguaggio
 viene a dire, che le querelle d'altri
 non miserabili non se ricevono
 gratis, ma con pagamento: quest'
 è un grand'errore, porche tutte le
 querelle, e tutti gli atti del sindi-
 cato si fanno senza pagamento a
 peso dell'Universitè, la quale ripe-
 te le spese fatte dal succumbente,
 finito il Sindicato,

CAP.

C A P. XIII.
S U M M A R I U M.

- 153 Syndicanda eadem reverentia detur, ac si esset in officio.
- 154 Durant dignitatis reliquas, etiam post depositum officium.
- 155 Capitaneus habet altius caput, quam alia persone.
- 156 Offendens Officialem tempore syndicatorum punitur pena capitis.
- 157 Eudem pena est puniendus offendens post syndicatorum.
- 158 Offendens Actuarium diversa pena punitur.
- 159 Actuarii dicuntur Officiales improprie, Et largo modo.
- 160 Actuarii non dicuntur Officiales, quia jurisdictionem non exercent.
- 161 Actuarii delinquentes à Barone cognoscuntur.
- 162 Officiales delinquentes cognosci non possunt à Barone, sed à M. C. V.
- 163 Actuarium delinquentem fuisse cognitum à M. C. V., refertur decisio.
- 164 Actuarius debet parere syndicatorum, non ut officialis, sed ut Actuarius.
- 165 Actuarii S. R. C. Regie Cam. Sum., Et M. C. V. non includuntur in Pragmaticis de Syndic., quia non sunt ad tempus, sed sunt perpetui.

- 153 **E**T quamvis officialis syndicatorum depositavit officium, pareat syndicatorum, debetur eadem reverentia, ac si esset in officio.
- 154 Durant dignitatis reliquas, Bald. in l. proficisci, colu. 4. q. 7. ff. de offic. procons. Fabius de Anna in repetit. const. Regni, si quis aliquem m. 27. Et 28. Paris de Put. in suo tract. de synd. in verbo iudices ad syndicatorum, c. 2. num. 16. fol. 95.
- Quinimò capitaneus dicitur habere altius caput respectu dignitatis aliarum personarum, Andr. de Iser. in rubr. de his qui feud. dare possunt, Et qui non, in 2. colum. versic. item dant. Jacobus de Franch. in tit. prefato num. 2.
- Et offendens officialem tempore syndicatorum punitur pena capitis, glosa in §. illud in verbo mortis, 156 in autent. ut iudices sine quoque suffragio, Clar. in sua pract. qu. 68. vers. injurians.
- Immo post syndicatorum intuitu officii, & contemplatione officii eadem pena est puniendus, Vinc. de Franch. dec. 402. n. 7. in 2. vol.
- Secus est in actuariis curiarum, qui non sunt officiales, neque habent dignitatis reliquas, sed solum auctoritatem scribendi, dictandi, & examinandi testes, Carav. 159 in ritu 9. n. 4. quamvis officiales actuarii largo modo dicantur 160 improprie, dicantur officiales,

Carav. in rita 295. n. 19.

Nam qui jurisdictionē non exercet officialis dici non potest. *Audreas de Ifern. in rit. qua sunt regalia, vers. ad justitiam ministrandam colum. 1. vers. stricto vero modo Vinc. de Franch. decis. 407. n. 5. Carav. in rita 49 n. 23. & ideo 161 eum actuarii non dicantur officiales.*

Barones possunt cognoscere de delictis ipsorum, *Vinc. de Franch. 162 decis. 407. volum. 2.*

Sed de delictis officialium Barones cognoscere non possunt. *Caravita in rit. 49. 51 & rit. 61. ubi M. C. de delictis officialium cognoscit.*

Licet dicat, *Jo. Vinc. de Anna quod de delictis actuarii M. C. recognoscit, ut in singul. 48. incip. Bajulus fol. 209. ubi fuit 163. decisum in Sacro Regio Conf. quod de delictis actuarii M. C. cognoscit.*

Et licet actuarii teneantur stare, 164 & parere syndicatui, non debent parere syndicatui, ut officiales, sed tanquam actuarii, capitulum Regni Incip. Item quod praedicti officiales, & est Capitulum 283. & non 165 includuntur actuarii Sacri Regii Consilii, & Regiae Camerae Sutarum, Magnae Curiae Vicariae, postquam sunt perpetui, *Caravita in rita 295. n. 19. sed visitantur praefati actuarii, à D. Gen. Visitato-*

A D C A P. XII.

Addit. Leonard. Ricci!

S O M M A R I O.

- 1 In quali delitti la G. C. della Vicaria è competente a castigare gli Officiali durante il loro officio
- 2 Quando contra li detti delitti procedono gli Sindicatori.
- 3 Durante l' officio non può esser sindacato, ed in quali delitti può esser punita dalla G. C. della Vicaria, & n. 4. & 5.
- 6 Si descrivono i delitti, & cause capaci della privazione d' officio.
- 7 Ne' quali delitti tanto attivi, quanto passivi procede detta G. C. della Vicaria.

NOta al n. 162. dove dice il nostro Autore, che li delitti d' officiali non si puniscono dal Barone, ma dalla G. C. della Vicaria. Nulla però nella mia gioventù restai sempre confuso di mente, quali delitti puniscono i Sindicatori, mentre la Vicaria è foro competente a conoscere i delitti degli officiali. Ed affinché i Giovani non abbiano questa stessa confusione, daremo una regola generale, che la G. C. della Vicaria è foro competente contro l' Officiali durante i loro officj, in tutti li delitti, ne' quali vi è pena di privazione dell' officio; *Police de praem. Reg. Aud. rit. 2. cap. 2. tom. 1. fol. 67. n. 3.*

con —

con *Affitt. nella constit. statuimus n. 50. Et constit. eos. n. 6. Compagna nel c. del Regno 132. ed altri.*

2 Ma se di detti delitti non fusse stato querelato nella G.C. della Vicaria, allora li Sindicatori procedono a tutti li delitti degli officiali nel sindacato.

3 Di modo che si conclude, che durante l'officio non può essere sindacato, o punito da' Sindicatori; ma può esser punito dalla Vicaria, nelli delitti però, che vi è pena di privazione d' officio.

4 E dove non è privazione dell' officio, la Vicaria nemmeno può procedere durante l'officio; ma dice, che si aspetti il Sindacato, *Tbor in compent. dec. par. 3. verb. officialis, Police d. tit. 8. c. 4. fol. 205. n. 9.*

5 Resta da vedere quali sono li delitti, che vi è pena di privazione d' officio; e perciò possa prima del Sindacato essere accusato in Vicaria.

Amodeo Giustiniano de syndicatorum n. 43. fol. 44. narra cinque sorti di delitti, seù cinque cause, cioè Baratteria, Longa infermità, Negligenza grande, se non s' interpone trà li rissanti, o quando usa troppo crudeltà.

6 Ma detto *Police* narra quattordici delitti, o cause di privarlo dall' officio *d. to. 1. tit. 2. c. 2. d. n. 4.*

Li Delitto di Baratteria per la *judicatus C. ad legem juliam ne-*

perendar. Moscat. nella pratica criminale. tit. de Judic. corrupto n. 45. Sanf. doc. 61. e dec. 62. n. 56. de Martinis ad Roveri. dec. 46. Et dec. 260.

II. Ricevere i doni, *Pram. 1. de mun. offic. nu. 13.* ed in Regno avemo la costituzione *apud Justinianos*, che permette solamente *excusata, Et poculenta* da persone, che non hanno liti, ed avemo la *Pram. del Re Ferdinando 1490. Pragm. 1. de mun. offic.* che proibisce qualsivoglia dono sotto pena di sospensione dall' officio, ed once 50.

Benche ivi prima degli officiali, che hanno tassato il salario.

III. Quando l'Officiale fa mercanzie, *l. si per impressionem C. de eo quod metus causa*, con altre leggi concordanti, ed in Regno avemo il *cap. 38.* nelli privilegj Napolitani *fol. 61.*, e la Costituzione del Regno *Communiter*, *Et Pram. 1. de mercat. offic.* che oltre la privazione dell' officio vi è pena arbitraria.

IV. Pro injuria subdito illata *juxta Constit. Regn. eos tantum §. fin. per quam officialis removeretur ab officio, nec amplius ad alia officia est admittendus ultra poenam tertie partis bonorum, Affi. in d. Const. Paris de syndicatorum Rubr. de m. 3. Et form. syndicatorum §. syndicatorum.*

Et casus, in quibus Officialis excusatur à pena numerat. Polic. de Præm. in Reg. Aud. tit. 1. c. 16.

V. Ob nimiam severitatem, l. 1. § 2. ff. de his qui sunt sui Rovit. in Prag. 3. de offic. magistr. Justiciar. n. 5.

VI. Si non tenet integram familiam, pro qua recipit stipendia, l. 1. § 3. Cod. de offic. Praefect. Praetoris Rovit. ubi supr. Caravit. rit. 49. num. 27.

VII. Si revelavit secreta Tribunalis, Pram. 5. de offic. judic. § Pram. 3. § cum vero. de officialib. Rovit. ibi.

VIII. Ob longam corporis infirmitatem, Carav. d. rit. 49. nu. 27. Vant. de nullit. ex defect. jurisdictionis num. 135.

IX. Si ab officio distendit absque Principis licentia.

X. Ob stuprum, vel aduiterium commissum in subditam, vel carceratam, Guazz. defens. 1. cap. 22. n. 15. Mastrill. dec. 188. § 191.

XI. Ob negligentiam in casu gravi, l. si quis C. de offic. Praefecti Orientalis, l. carcerari ff. de exhibendis reis, l. quod autem ff. de excusat. Tutor. Vivius dec. 222. n. 26. Revert. in decis. 114. p. 1.

XII. Si injustè aliquem ad mortem condemnavit, Thor. in compend. decis. tom. 3. p. 2. verbo officialis fol. 203.

XIII. Si dedit pecuniam pro obtinendo officio, ut in Constit. Regni Puritatem, cap. idem recipiant, § Pragm. 2. de officialib. § quae eis prohibeantur, § Rovit. ibi.

Straiban. resol. 100. num. 98.

XIV. Ob insufficientiam in officio, Menoch. de arbit. q. 95. n. 142. Roccus de offic. rubr. 8. num. 86.

Et hi sunt casus, in quibus M. C. V. potest procedere contra officialem, antequam compleat annuam officii, & si M. C. V. non processit, possunt syndicatores in syndicato procedere, etiam de dictis delictis, & hoc sufficiat ad tollendam confusionem in principio propositam.

7 Adde, quod M. C. durante officio procedit, in delictis officialium activis, & passivis, id est tam ab eo patratis, quam contra eum commissis. Petr. rit. 49. n. 3. de Franch. dec. 27.

C A P. XIII.

S U M M A R I U M.

166 Officialis, sive Actuarius syndicanus discedere non potest, alias terminus non currit.

167 Appellatio facta per syndicanum ab incidenti non retardat cursum syndicati, nisi a superiore inhibeatur.

168 Nullitas inter locutorii, a quo fuit per partem appellatum, non admittitur.

169 Syndicanus relicto Procuratore discedit, quando non sunt querele criminales.

170 Procurator in criminalibus non admittitur, de iudicio officia-

tur.

zur eluforium?

- 171 *Officialis, nisi ostensis liberato-*
rialibus ad possessionem novi ofe-
ficii non admittitur.
- 172 *Syndicatores licentiam dare non*
possunt syndicando discedendi,
etiam causis criminalibus nõ exi-
stentibus, relicto procuratore;
Et alia officia exercenda.
- 173 *Ad Regem spectat dicta licentia.*
- 174 *Rex dispensat, quod syndicatu*
pendente alia officia exercent.
- 175 *Rex facit leges, Et contra eas*
dispensat, Et potest facere gra-
tiam condemnatis.
- 176 *Syndicatores pendente syndica-*
tu decretum facere non possunt,
quod alia officia exercent.

ET pendente syndicatu officialis
syndicandus, seu actuarius syn-
166 dicandus a loco, in quo geritur
yndicatus discedere non potest,
alias terminus non concurreret, *Ni-*
ger in cap. regni Item statuimus ru-
br. de syndic. n. 7. Et 45. in fin. cum
debeat personaliter stare, & perman-
et, l. sumimus, C. de testam. ibi stare.

Et si forte syndicandus officialis
ad dilatandum syndicatum, appel-
laret ab aliquo incidenti, non retar-
datur cursus syndicatus, nisi a supe-
167 riori inhiheretur. *Caravita in*
ritu 259. n. 12. quoniam si essent
superioris provisiones presentatæ,
268 *aut intimatæ ligarentur manus*
syndicatorum Anna alleg. 99. n. 4.

Non potest dici de nullitate in-
cidentis interlocutorii decreti, a quo
decreto interlocutorio fuisset per
partem appellatum. *Jo: Vinc. de*
Anna in sing. 33. Guid. Pap. dec. 43 62.

Syndicandus namq; officialis, tunc
potest a syndic. discedere relicto
169 procuratore instructo, quando
non sunt querelæ criminales. *Jo: de*
Arucis in consf. 138. Justin. in suo
tract. de synd. n. 213. fol. 94. Pa-
ris de Put. in tract. synd. in verbo
procurator num. 5.

In criminalibus vero procurator
170 non admittitur. *Bart. in l. penult.*
§. ad crimen ff. de publ. judici. Carav.
in ritu 107. Et in ritu 109. Nam
si in prefatis criminalibus causis
potuisset syndicandus discedere re-
licto procuratore instructo, prout
in causis civilibus, si ad aures syn-
dicandi pervenisset, ex aliqua cau-
sa criminali se fuisse damnatum,
171 *aufugeret, iudicium eificeretur,*
eluforium contra l. si pretor. ff.
de judic.

Et propterea officialis non potest
admitti ad aliud officium exercen-
dum, nisi demonstratis literis libera-
torialibus pristini officii. *Carav. in*
ritu 295. n. 8. Et 30. Et in cap. re-
gni item statuimus rubrica de syn-
dic. offic. nam. 61.

172 Et propterea syndicatores non
possunt procedere in syndicatu of-
ficialis syndicandi non existentibus

I causis

caussis criminalibus, licere syndi-
cando discedere relicto procurato-
173 re instructo, & alia officia exer-
cere, pendente syndicatu causarum
civilium.

Cum hoc spectat ad Regem,
Niger in cap. Regni item statuimus.
rubr. de syndic. n. 61.

174. Quinimo Rex potest dispensa-
re, quod officialis syndicatu pen-
dente possit alia officia exercere,
ut ibidem.

Cum Rex possit facere leges, &
175 constitutiones, etiam contrarius
positivum, secundum *Mattheum.*
de Affl. in præjud. constit. Regni,
n. 32. & potest jus positivum tolle-
re, & alterare, pœnas juris positivi,
c. in causis, & ibi Abb. de re jud.
Anna in alleg. 49. n. 10. & potest
facere gratiam condemnatis. *An-*
na. sing. 458.

Propterea syndicatores non pos-
176 sunt facere præfatum decretum,
quod pendente syndicatu causarum
civilium, liceat syndicando alia of-
ficia exercere, cum hoc spectet ad
Regem, ac suos Regios officiales,
ideò de anno 1597: dum extitisset
querelatus D. Petrus de Cabrera
Neapolitanus a quibusdam Atella-
nis in syndicatu pendente appella-
tione interposita in M. C. V. per
eundem Dom. Petrum fuit obten-
tum; quod liceat præfato D. P.
alia exercere officia, & obtinuit pro-

visiones in Banca M. C. V.

A. D. C. A. P. XIII.

Additio Leonardi Ricci.

S U M M A R I U M:

1. *Appellatio ab interlocutoria, quando admittitur, & quando non?*
2. *Appellatio ab interlocutoria, quomodo differt ab appellatione, que fit a diffinitiva.*
3. *Nullitas interlocutorii non admittitur, quando ab eo fuerit appellatū, quomodo intelligitur.*

NOta hic n. 167. dicit Auctor ap-
pellationem ab incidenti non
1. retardare cursum Syndicatus, hanc
conclusionem habere locum in om-
nibus causis coram quocumque Ju-
dice, quando ab interlocutoria ap-
pellatur coram eodem Judice pri-
mæ instantiæ, tunc appellatione
non obstante Judex profèquitur, &
procedit ad ulteriora, quia dicta
appellatio non ligat manus Judicis
a quo, donec fuerit ei inhibitum a
Judice ad quem, ut late *Mutil. tit.*
de appell. n. 34. ex Thoro voto 47.
nu. 6. par. 2. Marant. tit. & quan-
doque appellatur nu. 207. Musca-
tell. par. 1. liber. 2. Glos. sententia
num. 182.

Nam de jure Regni Pragm. aut
aliam legem non habemus loquen-
tem de appellatione ab interlocu-
torisi, vel alio incidenti in syndica-
tu,

tu , remanent propterea regula, & dispositio juris communis .

12 Et dicta appellatio ab interlocutoria differt in hoc ab appellatione a definitiva, quæ admittitur antequam inhibeatur a superiore, tã quoad actum devolutivum, quàm suspensivum regularitèr multis casibus exceptis, quibus admittitur, quo ad actum devolutivum tantũ, inter quos unus casus est in causa syndicatus per Prag. 1. de syndicato

3 Nota ad n. 168. ubi Auctor dicit non esse admittendam nullitatẽ interlocutorii, a quo fuit per partem appellatum, ne erres adverte, quod hoc intelligitur, ut si fuerint nullitates rejectæ, tunc non potest appellare Prag. 4. de dilat. vulgo delli 28. capi secũs a decreto affirmativo decernente nullitates obitare, quia tunc potest appellari dicta Prag. cap. 25. Gallup. cap. 8. par. 3. de remedio nullitatum.

A D C A P. XIV.

S U M M A R I U M.

- 177 Terminò dato in Civilibus, & contestata lite in criminalibus citantur testes .
- 178 Ci ad di sunt procuratores utriusque partis ad videndum iuramenta testium, aliàs esset nullitas .
- 179 Testes examinantur coram syndicatoribus in segreto .

- 180 Testes causam scientia reddere debent, aliàs non probant .
- 181 Testes veritatem dicere debent prò utraque parte .
- 182 Veritas est amanda .
- 183 Preditor dicitur, qui veritatem non dicit .
- 184 Veritatem tacens falsum committit .
- 185 Veritatem sequens, sequitur Deũ .
- 186 Testium dicta sunt integrè scribenda, tam prò Fisco, quam contra .
- 187 Actuarii scribere debent integrè prout testis deponit .
- 188 Consultor syndicatorum adverteat, quanta fides sit testibus adhibenda .
- 189 Testibus interessatis nulla adhibenda est fides .
- 190 Mediatori non datur fides .
- 191 Testibus sentientibus commodum nulla fides adhibetur .
- 192 Consanguineis querelantibus nec fides adhibetur .
- 193 Testes esse non possunt odiosi .
- 194 Inimici facile mentiantur .
- 195 Principalis testis esse non potest, quia deponit in facto proprio .
- 196 Testis esse non potest ille, qui aliàs fuit periurus .
- 197 Negotiorum gestor fidem non facit .
- 198 Famulus querelantis non admittitur in testem .
- 199 Domesticus neque .
- 200 Testis inquisitus, aut carcervatus .

tus a syndicando fidem non facit.

201 *Testes debent esse omni exceptione majores.*

202 *Probationes esse debent luce meridiana clariores in syndicato.*

203 *Testibus non integris credi non debet, licet sit in arbitrium quanta fides eis sit adhibenda.*

204 *Judex se informare debet de conditione, & qualitate testium.*

177 **E**T præfatis incidentibus in syndicato decilis dato termino probatorio ad probandum in civilibus caussis, & factis contestationibus litis in caussis criminalibus in toto syndicandi syndicato, ad instantiam, tam syndicandi, quàm querulantium solent citari testes ad deponendum veritatis testimonium.

Opus est, quod citentur, procuratores querelantium ad videndum testium juramenta cum sint domini litis, *Bart. in l. procuratoribus, C. de proc. & principalis est citan. l. juris jurandi, C. de test. alias depositiones testium essent nullæ, l. si quando C. de test. c. 2. eodem tit. Roman. in cons. 192. n. 3.*

Et quilibet testis in syndicato est examinandus in secreto unus post alium coram sindicatoribus, & sub-
179 scribant depositionem ad tollendas falsitates, secundum *Clarum in sua pract. crim. in q. 53. vers. quintus est casus, in fine.*

Et testes debent reddere causam scientiæ, alias non probant, *l. solam C. de test.*

Et debent dicere veritatem pro utraque parte, *l. inc. de Franch. in decis. 222. n. 7. in 1. volu. Caravit. in rit. 235. n. 3. Cap. dec. 39. n. 2.*

Cum veritas sit amanda, *l. cum ita legatum, ff. de condit. & demonstrat. Proditor namque dicitur; qui veritatem libere non pronuntiat, cap. nolite timere, 11. qu. 3. glosa in verbo proditor.*

Et qui tacet veritatem falsum committit. *Boss. in tit. de fals. nu. 166. Angel. de malef. in verbo falsario n. 9. fol. 236. l. presbyteri, C. de Epis. & Cler.*

Et qui sequitur veritatem, sequitur Deum, *cap. quisquis 11. q. 3.*

Et propterea dicta testium sunt integrè scribenda per extensum, tam pro Fisco, quàm contra Fiscum *Niger in cap. Regni si cum sceleratis n. 37. in rubr. de præem. M.C.V. & in autent. se l. judex, C. de Epis. & Cler. glos. in verbo quæ.* Nam Isidorus, de summo bono exclamat, ut omnia ingenia, astutias, & calliditates superet, & se ipsum contra ficta, simulataque figmenta tueatur.

Et ideo actuarii debent scribere puram, & purissimam veritatem, prout testis deponit integrè, & ne damnet animam suam.

- 188 Debetque iudex synd. . . .
animadvertere quantum fides . . .
sit adhibenda, *l. 3. § idem, ff. de testib.*
189 Nam testibus tunc citatis nulla
est adhibenda fides, *l. deferre, §. item
deceverunt. ff. de jur. Fisci. Gram.
decis. 72. n. 28.*

Nec mediatori asserenti officiali
190 dedisse pecuniam nomine quere-
lantis, *August. Dulc. in tract. syndic.
n. 31. Rota Bonon. dec. 62.*

Nec testibus in syndicatu habentibus
191 commodum, *Boss. in tit. de
opposition. contra test. n. 12. § 127.*

192 Nec consanguineis querulantis,
l. parentes, C. de test.

193 Nec testibus odiosis, & inimicis
syndicandi, *§. si vero odiosus, in au-
th. de test.*

194 Cum inimici facile mentiantur,
secundum *l. 1. praterea ff. de que-
stion. l. si inimicitia ff. de his quibus,
ut indign. § in aurb. de test. l. si
vero odiosus .*

195 Nec principalibus deponentibus
in facto proprio, *l. omnibus,
C. de testib. l. nullus, ff. eod. tit.
Felyn. in cap. cum a nobis de testib.*

196 Nec testibus perjuris, *Boss. in
rubric. de iudiciis, § considerat
ante torturam n. 158. fol. 102. a
tergo. Nam perjurium tollit om-
nem fidem .*

197 Neq; negotiorum gestari, *Bal.
in cons. 50. in 2. volum. circa me-
dium .*

198 Nec famulis querulantis, *Rom.
in cons. 20. circa medium .*

199 Neque domesticis, *l. etiam, C.
de testib. secus in teste honestæ vitæ.*

200 Neque testibus inquisitis, aut
a syndicando carceratis, *Ained. Ju-
stin. in tract. syndic. n. 190.*

201 Testes namque debent esse om-
ni exceptione majores, contra quos
nulla possit tergiversatione velari,
*Bart. in l. admonendi n. 36. de
jurejur .*

202 Quinimodò contra syndicandum
officiale in syndicatu probationes
debent esse meridiana luce clario-
res, *l. sciant cuncti, C. de probat.*

203 Et quamvis sit Judici arbitra-
rium si vult testibus fidem adhibe-
re, tamen quando testes non sunt in-
tegrum, Judex non debet fidem adhi-
bere; *Corne. in cons. 55. videtur
in hoc fine, 4. colum. glos. in S.
item verborum instit. de inutil. stipu-
in verbo, vel testes idoneos .*

204 Et debet Judex se informare de
conditione, & qualitate testium, ut
per *Grammar. decis. 44. n. 14. &
veritatem investigare, secundum
Paulum de Castro in cons. 165. ut
refert Gram. dec. 35. n. 2.*

A D C A P. XIV.

Addit. Leon. Ricci .

S U M M A R I U M.

1 Testes qui repellantur a testifican-
do, describuntur, *§ n. 2. § seqq.*

Ad-

- 1 **A**Dvocatus ; & Procurator cogi non possunt ad testificandum ; nec ad revelationem excommunicationis revelare tenentur *Police de præem. R. Aud. tit. 7. cap. 2. n. 24. ex Maranta de jurist. p. 3. cap. 7. n. 14. Bernaz. conf. 251. n. 1. lib. 2. & si deponunt, non sunt idonei testes pro clientibus, idem Police loc. cit. ex Rovit. in prag. 1. de suspic. offic. n. 53. Marin. resolut. 9. lib. 2. n. 3.*
- 2 Testis nimis affectatè deponens fidem non facit, *Police ubi supr. n. 25. ex Mascardo concl. 1347. Surd. conf. 467. Prato lib. 3. discept. 10. n. 19.*
- 3 Testis testificare non potest contra eum, contra quem in alia causa deposuit, *Pratas respons. crimin. 7. n. 21. Farinac. q. 53. n. 48. Police ubi supra n. 45.*
- 4 Testis ultroneus non probat, *Scial. in praxi torquendi Reos cap. 74. n. 34. Intrigliol. dec. 12. n. 10. Ricci dec. 244. n. 12. lib. 1. Giurba conf. 70. n. 45.*
- Et dicitur ultroneus, qui non fuit citatus, & qui ante citationem fecit fidem.
- 5 Spurius, & etiam solitus inebriare, item Blasphemator, item Decostus, vulgo Fallitus, item Histrio, qui recitat publicè ob questum Meretrix, Usurarius, Redarius, Criminosus, ut Homicidia, Sacrilegus,

Incestuosus, Veneficus, & similes, itè Pàuper in criminalibus non probat, item Plebeus ex infima plebe, item Birruarius, tandem Minor 14. annis si est masculus, & Minor duodecim, si est fœmina in criminali testis esse non potest, de quibus, de aliis vide dominum *Antonium Polic. d. cap. 2. per totum tit. 7.*

C A P. XV.

S U M M A R I U M.

- 205 *Examinatis testibus fit publicatio in qualibet querela.*
- 206 *Publicatione ommissa in syndicato acta valent.*
- 207 *Declaratio circa usum in syndicato petita non fit in causis criminalibus, sed solum in civili.*
- 208 *In Syndicato non requiritur conclusio.*
- 209 *Juramentum suppletorium non defertur in causis syndicato.*
- 210 *Syndicanus aufugiens a syndicato, carientia est infirmitas.*
- 211 *Fidejussor citandus est ad presentandum officialem quia syndicato aufugit, & si fuga fuerit a domo assignata loco carceris, facta perquisitione, condemnabitur ad penam in fidejussione, & in mandato contentam.*
- 212 *Perceptor proventuum M. C. V. certiorabitur pro exactione pœne, & syndicanus declarabitur pro confessio.*

- 213 Refertur casus fuga factæ .
 214 Contrà fugitivos fuit expeditum
 mandatum de capiendo .
 215 Fugere non dicitur , qui ad su-
 periores accedit ..

ET examinatis testibus , tam que-
 rulantium , quàm syndicandi so-
 205 lent instare , quod fiat publica-
 tio, nam si instarent, fieri debent
 in qualibet causâ, cum tot sunt sū-
 mæ quot sunt causæ, *Anna all. 136. l. scire debemus, ff. de verbor. ob-
 lig. & formato processu fit publi-
 catio præfata, sedum Anna in all.
 2. num. 12.*

206 Et si publicatio omitteretur in
 syndicatu; non vitarentur acta, *A-
 medeus Justin. in tract. synd. n. 199.
 vers. an autem publicatio f. 69. ar.*

207 Et si una partium petierit fieri
 declarationem formiter, circa usum
 testium in causâ syndicatus in cau-
 sa criminali non debet fieri, sed in
 civili, *Anna in alleg. 2.*

208 Et in syndicatu præfato non re-
 quiritur conclusio, ut voluit *Amed.
 Justin. in suo tract. syndic. 31.*

209 Nec potest deferri suppletorium
 iuramentum in causâ syndicatus,
 si aliquis deferri sibi petierit post-
 quam sumus in materia odiosi, *A-
 med. Justin. in suo tract. synd. n.
 187: Paris in verbo probatio cap.
 2: num. 4: fol. 274: a tergo.*

210 Sed si syndicatus officialis timo-
 re ductus, vel odio quodam alicu-

jus querulantis, vel alicujus ex cau-
 sa a syndicatu aufugerit syndican-
 dus, de præfata fuga est capienda
 informatio .

211 Et citandus est fidejussor ad
 præsentandum præfatum syndican-
 dum, sed si assignata erit aliqua do-
 mus loco carceris, fiet perquisitio,
 & condemnabitur ad pænam con-
 temptam in fidejussione; ac ejus
 fidejussor, vel ad pænam in man-
 dato contemptam .

212 Et certiorabitur præceptor pro-
 ventum Regii Fisci M. C. V. pro
 exactione pænae, & syndicandus
 declarari debet pro confesso in
 omnibus querelis, *Niger in cap.
 Reg. item statuimus; rubr. de synd.
 num. 49. Paris de Put. in tract. de
 synd. in verbo fuga officialis c. 1:
 cap. 181. & statuto sacramento par-
 tium; Boss. in tit. de offic. pecun.
 corrupt. nu. 16. in sua pract. cri-
 min. Boer. dec. 215. sed si syndican-
 dus aufugerit ad aliquam Ecclesiã
 perfugiendo a syndicatu, an de-
 beat gaudere immunitate; cum
 nemo debeat ab Ecclesia invitus
 extrahi, nisi in casibus a jure per-
 missis, *cap. Regni item statuimus,
 quod Ecclesie, rubr. quod non ex-
 trabantur ab Ecclesia; l. 2. Et l.
 presenti, §. his qui ad Ecclesiam
 confugiant, cap. inter alia extra de
 immun. Eccles. Paris de Put. in tr.
 synd. in verbo officialis. cap. 8. fol.**

104. *num. 6. Foller. in sua pract. crimin. in fragment. num. 22. & ideo de anno 1598.*

In syndicatu Cæsaris Baccæ de
213 terra Cassani, olim Capitanei
Sanctæ Mennæ, & in syndicatu
Girardi Palloctæ U. J. D. olim Ca-
pitanei civitatis Rapollæ de anno
1604. & in syndicatu Jo: Hiero-
nymi Fasani olim Capitanei terræ
Caletri de anno 1607. Qui præ-
nominati syndicandi aufugerunt a
syndicatu, pendentibus syndicatu a
dictis locis, & servatis servandis
declaravi eos pro confessis in om-
nibus querelis expositis per que-
rulantes.

Et providi, quod præfati syndi-
214 candi asportentur inviti ad pa-
rendum syndicatu in loco admi-
nistrati officii, & fuerunt expeditæ
literæ de capiendo in forma, ut
pareant in syndicatu coram syn-
dicatoribus, & extrahantur eorum
sumptibus; secundum *Bar. in l. cirenensium, C. de decurionib. lib. 10. Paris de Put. de syndic. in verbo officialis cap. 3. num. 5. vers. re- ducitur car. 101.*

215 Sed si syndicandus convolave-
rit ad M. C. V. vel ad aliud Re-
gium Tribunal, non dicitur fuge-
re, quoniam itineris abreccio ad
judicem, ad quem habetur loco ap-
pellationis, *Boer. de cis. 215.*

A D C A P. XV;

Addit. Leon. Ricci.

S U M M A R I U M.

1 Fuga syndicandi consideranda. Et
dividenda est in tribus temp-
oribus, & declaratur dicta di-
visio num. 2.

1 A Dde ad declarationem eorū,
quæ dixit auctor hic quod fu-
ga syndicandi consideranda, & di-
videnda est in tribus temporibus.

I. Quando sit antè successionis
adventum, & sic antè depositum
officium.

II. Quod sit post depositum of-
ficium antè tamen lecturam, que-
relarum.

III. Quando sit post lecturam
querelarum antè sententiam, & sic
distinguenda sunt hæc tria tempora.

2 Nam antè depositum officium,
completo tamen anno suæ admi-
nistrationis notoria, & quotidiana
est praxis, ut per Universitatem,
vel per aliquem Civem particula-
rem, vel per ipsummet fidejusso-
rem obtineantur provisiones a M.
C. V. vel a Regia Audientia Pro-
vinciali contra syndicandum veris
expositis, quod complevit annum
suæ administrationis, statim desistat,
& pareat syndicatus, & magnificus
Baro provideat de successione in-
fra quatuor dies, & Universitas eli-
gat syndicatores, & committatur

ob-

observantia alicujus officiali Curiaë convicinæ vel Curiaë civili Bâ-
 julari, vel Locumtenenti ipsius loci.

Potest etiam obtineri contra fidejussorem dicti officialis.

Si verò fuga evenerit in lectura, vel antè lecturam querelarum, habes formulas procedendi c.7.f.43.

Si verò fuga erit post lecturam, ante tamen sententiam, tunc aut syndican-
 do fuit aliqua domus assignata loco carceris sub mandato de non discendo, aut non, sed liberè manebat per Civitatem, utroque modo habita relatione jurati, quod non potuit intimare acta syndican-
 do, quia non reperitur, sed fama est, quod aufugit, sit decretum, quod capiatur informatio de fuga prædicta, & fiant diligentia, & perquisitio in forma, ut suo loco formulas dabimus.

C A P. XVI.

S U M M A R I U M.

- 216 Officialis nolens parere syndican-
 tui, si latitaverit, citandus est fidejussor ad dicendum causam quare non debet solvere pœnam instantibus Civibus, vel illis de regimine.
- 217 Juramentum est observandum in forma specifica.
- 218 Fidejussor condemnari potest ab officiali ordinario ad pœnam in fidejussione contentam, si fidejussor

219 *Perceptor M.C.V. certiorari debet de pœna prædicti mandati.*

220 *Forma certiorationis faciendæ perceptor.*

221 *Inventarium syndicatores statim facere debent in bonis tam syndican-
 di, quàm fidejussoris.*

S Ed si syndican-
 dus latitaverit, & noluerit parere syndicatui, fide-
 216 jussor, qui pro eo fidejussit in ingressu officii, de stando, & par-
 endo syndicatui in fine officii, si syndican-
 tus, & electi, vel alii cives prætendant, quod officialis pareat syndicatui, citari debeat fidejussor ad dicendum causam quare; tene-
 tur solvere pœnam in fidejussione contentam untiarum tot, nam erat obligatus præcisè, ut officialis staret, & pareret syndicatui in fine officii tenetur observare juramentum, & factum, *Gaidon Papa dec. 627. Rota Avenion. dec. 108. n.8.*

217 Nam juramentum est observandum in forma specifica, *cap. ad nostram de jurejur. Bart. in l. amplius non peti ff. rem ratam haberi n. 13. Alex. in cons. 19. 2. vol.*

Et præfatum juramentum ap-
 positum in dicta fidejussione habet paratam executionem, *l. 2. ff. de jurejur. Carav. in ritu 183. num. 2. Hippol. in sing. 356. juramentum, Boer. dec. 395. n.9.*

218 Et iste fidejussor præcedentibus

K les

legitimis actis potest condemnari ab officiali ordinario ad pœnam in fidejussione, contentam, nam si fidejussio ipsa erat stipulata coram officiali ordinario, coram eo est incusanda fidejussio, *l. ubi acceptum ff. de judic.* sed quando officialis syndicanus, & ejus fidejussor citantur ad præsentandum pro aliqua causa syndicanus, & vigore fidejussionis condemnatur ad pœnam in fidejussione contentam.

Vel forte syndicanus condemnaretur ad pœnam pro spreto man-
219 datorum syndicatorum debent de pœna præfata certiorare Perceptorum proventuum Reg. Fisci, *Anna alleg. 53. n. 22. Boer. dec. 224. n. 6.* certioratio debet esse in scriptis tenoris subsequens.

Formula certiorationis faciende per syndicatores Perceptorum proventuum Regii Fisci.

PHILIPPUS DEI GRATIA
REX, &c.

NOs talis de tali, & talis de tali syndicatores deputati, & electi
120 per Civitatem talem, sive per ejus Syndicum, & Electos, deputatos de regimine præfate Civitatis ad syndicanum talem de tali U. J. D. olim capitaneum prælibatæ Civitatis asserimus, dum per nos syndicatores præfatos fuisset præfixus terminus dierum 20. ad porrigendum querelas contra eundem

syndicanum infra quem terminum nonnullæ criminales querelæ per nonnullos querelantes fuerint præsentatæ, & propositæ diversorum delictorum, & cum erat procedendum ad contentationem litium præfatarum querularum contra syndicanum ipsum, requirebatur præsentia syndicandi principalis querelati, & inquisiti ipso tandem citato in domo ejus solitæ habitationis, ac tali de tali ejus fidejussore, nullatenus comparuerunt nec aliquis pro eis, fuerunt servatis de jure servandis condemnati ad pœnam untiarum auri quinquaginta in fidejussione contentam, & dum interfit Regii Fisci pœnam præfata untiarum auri 50. exigere, & exigi facere a prænominatis condemnatis, ea præter tenore præsentium rescribendum, & certiorandum vobis D. Perceptor proventuum Regii Fisci duximus, ut præfata pœnam exigatis annotetis, & describatis in libro proventuum dicti Regii Fisci, in quorum omnium fidem has præsentibus describendas ordinavimus per nostrum syndicanus Actuarium ordinarium, & nostri propriis manibus subscriptas, & sigillo Universitatis prædictæ solito roboratas in civitate præfata, die tali, & mense, & anno subscribuntur literæ præfate, Et sigillentur in forma supra præfatas literas

describeretur magn. Preceptorum proventum Regii Fiscii M. C. V. & responsio ipsius habita conseruetur in actis condemnationis syndicati.

121 Syndicatores statim debent conficere inventarium in beneficium Regii Fiscii, ne bona ipsorum syndicandi, & fidejussoris occultentur, & barantentur *Bar. in l. post contractum circa fin. ff. de donat. Affl. in const. Grandis in 7. notab.* & ita etiam observatur in contumacia.

A D C A P. XVI.

Addit. Leon. Ricc.

S U M M A R I U M.

I *Pœna accusata contra fidejussorem syndicandi, quando spectat ad Curiam Baronalem, & quando ad Fiscum.*

I **A**D n. 21. 8. 219. esse advertendum, quod Auctor hic concludit pœnam obligationis accusate, coram officiali ordinario penes acta, cujus fuit stipulata, spectare ad ipsam Curiam ordinari, pœna vero spreti mandati spectare ad fiscum, & pro ea certiorandum esse Perceptorem proventuum.

Eandem opinionem sequitur *Cælima de syndicato v. 2. n. 49.*

De hac praxi dabimus formulas suo loco cum advertimentis.

C A P. XVII.

S U M M A R I U M.

222 *Contumacia contracta contra inquisitum statim acquiritur tertia pars mobilium ad beneficium Fiscii.*

223 *Inventarium est faciendum etiã de jure communi.*

224 *Inventario factõ bona consignantur iura persone.*

225 *Syndicatores, si sint Doctores, non possunt causas ipsi decidere, sed consultorem de convicinio eligere debeant.*

226 *Syndicatores debent terminum præfigere syndicando, & querelantibus ad dandam listam spectatorum, & suspicio generalis non admittitur.*

227 *Consultor electus sumptibus Universitatis vocatur, & Patentales commissionis fiunt a Syndico, & electis, & cum sigillo Universitatis.*

228 *Consultor si non venerit ad locum, Processus ei mittuntur.*

229 *Consultor postquam accessit ad locum Procuratores utriusque Partis sunt citandi.*

230 *Discutienda sunt cause syndicati cum Consultore.*

231 *Veritas tunc magis elucescit, cum magis discutitur.*

Quando est contracta contumacia alicujus inquisiti, statim Fiscio

- 222 acquiritur tertia pars mobilium, ut habetur in dicta Const. *Grandis Affl. in const. penam novem unciarum in 4. notab. Et bona inventariata non possunt per inquisitum, aut condemnatum alienari, Foller. in sua pract. crim. in rubr. annotetur bona, n. 5. in fin. fol. 29. a te.*
- 223 Et inventarium est conficiendum etiam de jure communi, ut in l. 1. in verbo adnotandus, Et l. sequentis, ff. de requir. reis, l. 1. C. eod.
- Quo inventario facto, bona sunt consignanda, alicui depositario di-
- 224 viti homini, & tuto *Clar. in sua pract. crim. q. 44. vers. sed hodie, Carav. in ritu 21. num. 31.*
- Causæ syndicatus non debent
- 225 decidi per syndicatores, Doctores, nam causas syndicatus onus decidendi spectat ad consultorem eligendum de locis convicinis non suspectum ad tollendam suspicionem, *Pand. in tract. synd. q. 28. in fin. Regia prag. Regiæ dignitati de synd. Franc. Marcus dec. 456. n. 11.* nam syndicatores non possunt officio syndicatorum fungi, & consultoris, ut dixi supra, num. 53. cui formæ Regiæ Pragm. Regiæ dignitati factæ hominum non potest derogari, l. jus publicum ff. de pactis, *Caravit. in ritu 248. nu. 9. ut dixi supra num. 22.*
- Et propterea ad removendam suspicionem syndicatores debent
- 226 terminum præfigere syndicando, & quærantibus ad producendum listam suspectorum, *Capic. dec. 138. in fin. Anna sing. 274. cap. statutum, S. assessorem in verbo suspectum de rescript. in 6. & suspiciam*
- 227 generalis non admittitur, *Anna sing. 236.*
- 228 Et electo consultore syndicatus non suspecto, mittunt nuntium syndicus, & electi, & syndicatores ad invocandum sumptibus Universitatis petentis, *Decius in l. fin. colum. fin. vers. Et generaliter, n. 6. ff. de offic. assessor. Vincent. dec. 332. num. 3. in 2. volum. literæ autem fiunt a præfatis syndico, & electis Universitatis cum sigillo ipsius, ad invocandum consultorem. pro decisione causarum syndicatus, & si forte præfatus electus consultor reperiretur absens, vel mortuus, est eligendus alter consultor non suspectus, & accersito consultore electo, syndicus, & electi debent recipere præfatum consultorem, eique omnia cibaria subministrari sumptibus Universitatis.*
- Et si non venerit ad locum, in quo geritur syndicatus transmitti debent Processus ad votandum ad eundem consultorem electum, sed melius est, ut veniat de persona consultor, postquam potest a Partibus per viam justitia causarum perverti. *Maranca in sua pract.*

in rubr. quando appelletur in 2. actu principali, num. 9. in fin.

Ne occupentur per viam in ista-
tis processus votandi syndicatus, &
est removenda hujusmodi occasio
ad malum ; *Vincent. decis. 283. n. 25. in 2. p.*

Et accedito consultore ad civita-
229 tem, in qua sindicatus geritur
syndicandus, & procurator sunt
citandi, tanquam domini litis, *Bart. in l. procuratoribus, Cod. de procurat. Foller. in sua pract. crim. rubr. Et si confitebuntur, nu. 63.*

Et existens in domo, in qua syn-
230 dicatores regunt justitiam syndi-
catus, debent discutere advocati,
& procuratores partium causas
syndicatus cum consultore, *Spec. in tit. de disputar. Et allegar.*

Cum magis ipsa veritas eluce-
231 scat, *Ludov. Rom. conf. 479. nu. 3. Arist. 1. lib. Topic. Et 1. Cali tex. 100. Et 3. Metaph. Et 1. de Anima tex. 19. Et 13. Metaphis. Foller. in sua pract. crimin. in tit. studeat se ornare num. 33. In Secunda Parte cum Dei onnipotentis gratia causarum merita syndicatus discutiemus, & disputabimus.*

A D C A P. XVII.

Addit. Leonard. Ricc.

S U M M A R I U M :

1 *Pena tertiæ partis mobilium*

recessit ab Aula, Et servatur solum in citatione ad capitula contra forjudicandos, a qua pæna exempti sunt Neapolitani num. 2.

Concludit Author hic *num. 222.*
quod inquisitus contumax in-
1 currit, in pœnam tertiæ partis mo-
bilibium. Adverte, quod delicta pœ-
na tertiæ partis mobilium hodie
servatur tantum in delictis pro qui-
bus potest forjudicari, & sic ubi
venit pœna mortis naturalis tan-
tum, ideò in citatione ad capitula
tantum condemnatur contumax
in dictam pœnam tertiæ partis
mobilibium.

2 A qua pœna sunt exempti Nea-
politani, quorum bona non pos-
sunt publicari, ut rejecto *Roviro in Prag. 3. de inamun. Neap. n. 12. concludit. Sanfel. decis. 135. n. 24. Horatius Montano de real. rubr. contrabentium incertas nuptias n. 13. Scal. in praxi forjudicatoria cap. 7. n. 24.*

In aliis delictis, & in civilibus
recessit ab Aula dicta pœna, *DD. ubi supra.*

Finis Partis Primæ :

P R A X I S S Y N D I C A T U S O F F I C I A L I U M F R A N C I S C I C A R R A B A

Cum Summariis Addit., & Novis Formulis

LEONARDI RICCI,

P A R S S E C U N D A .

C A P U T I

S U M M A R I U M .

- 1 *Judex dicitur facere licem suam hoc est damnum, alterius in se transferre, si contra justitiam pronunciavit, & vide nu. 15.*
- 2 *Sententiam mutare non potest Judex.*
- 3 *Libellus, quomodo debet concludere in syndicato, ut valeat.*
- 4 *Libellus debet fieri cum clausula omni modo meliori.*
- 5 *Libellus criminalis formari debet juxta formam legis libellorum, ff. de accus. alias reicitur, ut ineptus.*
- 6 *Libellus criminales debet continere locum commissi criminis, annum, mensem, indictionem,*

- 7 *Judex tenetur sequi leges, & communem opinionem, alias præsuntur esse in dolo, & secundum consuetudinem Patriæ, alias facit licem suam.*
- 8 *Judex sequendo singularem opinionem communem, tenetur in syndicato.*
- 9 *Excusare quomodo potest, ut mitius puniatur, quando Judex non sequitur communem DD. opinionem, & vide n. 14. & 15.*
- 10 *Appellatio non facta a sententia injusta non excusat Judicantem, & pendente a sententia injusta, quomodo condemnatur in syndicato Judex.*

11 Sen-

- 11 Sententiæ plures conformiter pronuntiantur juste. Et si nullus de nullitate litium non potest infra quart tempus. de nullitate agi potest.
- 12 Sententia iniqua in rem publicam namquam transit, neq executionem merecur.
- 13 Syndicandus de quibus causis syndicari potest de consuetudine, Et quæ consuetudo est observanda.
- 14 Ignorantia est triplex, Et quæ sit?
- 15 Sententia quando ex noviter deductis moderatur Judex in Syndicatu non tenetur, ita arbiter, Et arbitrator.
- 16 Sententiam diffinitivam emendare non potest Judex, secus interlocutoriam, Et vide nu. 22.
- 17 Interlocutoria antequam publicetur, incontinenti corrigi potest, Et emendare, sed id, quod in libello petitur non potest per sententiam mutari.
- 18 Consultor injustè judicare, Et quando officialis idiota tenetur pro d. voto injusto?
- 19 Victum victori in expensis condemnari debet alias Judex in syndicatu tenetur, Et quando excusatur.
- 20 Sententia quando est nulla si executioni demandatur, tenetur spouas receptas restituere, Et si fraudulenter nullitatem commisit tenetur etiam ad expen-

ensas, Et interesse, Et criminaliter punitur, Et privatur officio.

- 21 Penam, quam sua culpa Judex solvit à Parte non petit.
- 22 Sententia diffinitiva corrigi non potest, sed corrigi, Et revocari potest interlocutoria.
- 23 Syndicandus an possit aliter; quam ex processu justificare Partem fuisse benè condemnatam;



Quando judex inique; seu injuxte judicaverit causam civilem; per imperitiam, vel imprudentiam, tenetur ex quasi maleficio, & facit litem suam, nam judex cognoscens inter me, & adversarium meum per suam imperitiam, seu imprudentiam contra justitiam meam pronuntiavit, credens de me æquum facere. Iste judex dicitur facere litem suam, hoc est damnum alterius in se transferre, in id etiam mihi tenetur, in quo per imperitiam, seu imprudentiam suam me læsit, secundum glossam in §. 1. instit. de obligat. que quasi ex delicto nasc. in verbo exemplum est, in fin. ff. de var. Et extraord. cognos. l. ex maleficiis, §. si Judex ff. de act. Et obliy. Bart. in l. de eo. de pen. Judic. qui male jud. glos. in cap. inter ceteras vers. Et si per injuriam Judicis,

extra

extra de sent. Et re jud. & tene-
tur ad lictis sumptus, & interessè,
& damna, si judicavit per dolum
tenetur in totum, Bart. in d. l. de
eo, C. de pena jud. qui male jud.
n. 2. Et 3. secus si judicavit per
imperitiam, & imprudentiam juris
erravit in jure fuit lata culpa, l.
data ff. de verb. signif. Bart. in l.
quod nerva ff. de possit in 10. quest.
L. regula, S. penult. ff. de re jur.
Et facti ignor. Amedeus Justin. in
suo tract. synd. num. 122. fol. 55.
Dynus in regula ignorantia, de
reg. jur. in 6. n. 4. vers. sed non
excusat. idem Dyn. in reg. non est
sine culpa, de reg. jur. in 6. n. 1.
& dicitur dolus præsumptus, se-
cundum Bal. in c. 1. S. judices co-
lum. 1. de pace, Et jur. firm. l. si
filius fam. ff. de judi. Bart. in l. le-
ges C. de legib. n. 2.

2 Et propterea judex non potest
 variare juris dispositionem, post-
 quam juris dispositio fit invariabi-
 lis, idcirco judex ejus sententiam
 non potest mutare, nec etiam jus
 partium, Paris in verbo judex cap.
 2. n. 8. etiam si judex officialis ini-
 què, & injustè per imperitiam cau-
 sam civilem judicaverit.

3 Libellus in syndicatu non debet
 concludere, pura peto judicem con-
 demnari ad decem, quoniam esset
 ineptus, & valeret, Paris de Pur.
 in tract. synd. in verbo judices an

syndicandum, cap. 2. n. 11. fol. 95.
 & libellus ineptus in syndicatu non
 convalidur per probationes, ar-
 gumento l. in causis C. de accusa-
 tionibus, ideò debent poni illa
 verba, peto condemnari, prout
 æquum vestræ religioni videbitur,
 secundum dictam glosam in dicto
 S. instit. de oblig. que quasi ex de-
 licit. nasc.

4 Et debent poni illa verba omni
 meliori, juxtà allegata per Jo:
 Vincent. de Anna in alleg. 35. n. 6.
 Maranta in rubr. rectè concip. li-
 bellus n. 16. in libello autem civili
 non debent poni clausula, l. libel-
 lorum ff. de accusat. quoniam non
 vitiatur, secundum Paris de Pur.
 in tract. synd. in rubr. qualiter for-
 matur libellus in syndicatu, n. 3.
 vers. si velis civiliter agere.

5 Libellus verò criminalis debet
 formari, juxta formam legis libel-
 lorum, ff. de accusat. describendo
 omnes circumstantias, Clarus in
 sua pract. crimin. q. 10. vers. sciam
 autem, Et in qu. 12. vers. præterea,
 Paris in dicta rubr. qualiter for-
 metur libellus in synd. & propte-
 rea de anno 1608. in syndicatu
 Prisci Attendoli Capuani olim
 Capitanei terræ Spinæ aureæ,
 tunc syndicandi, non fuit mole-
 status, ex quo omnes libelli crimi-
 nales fuerunt præsentati absque so-
 lemnitatibus, l. libellorum, ff. de
 accus.

accus. coram syndicatoribus . Ego autem tanquam dicti syndicandi ; advocatus opposui dictos libellos, tanquam ineptos reici , & judex debet judicare libellos ineptos reici esse dignos , & non admittere libellum criminalem ineptum .

6 Cum in libello criminali debeant esse tam locus commissi criminis , quam annus, mensis , & indictio , ac regnatio nostri Regis , *Maranta in sua pract. in rubr. recte concipiatur libellus, n. 12. in 3. membro judicii, lin. causis, C. de accusat. ibi gl. & libellus criminalis porrectus in syndicatu ineptus contra formam legis libellorum, ff. de accusat. reddit judicium, & invalidum, Bart. in l. libellorum, §. quod si libelli, de accusat. ubi dicit Barr. quod ipso jure est libellus ineptus, & judicium facit nullum , nam libelli oblatio est substantialis , qui omitti non potest, glos. in cap. 1. de libelli oblatione, in verb. Sed nunguid libelli , quæ oblatio est substantialia .*

Et si libellus ineptus in syndicatu, facit judicium nullum , etiam si non apponatur , *Maranta in sua pract. rubr. validum, aut invalidum, in 16. distin. n. 62. idcirco judex ipsos ineptos libellos debet reicere , ut leges jubent , & non de sua carvice admittere, cap.*

judicet. 3. q. 7. dicitur Levit. cap. 19. Non facies , quod iniquum est , nec injustè judicabis Job. cap. 45. Cave ne declines iniquitatem .

7 Nam judex tenetur sequi leges, & communem opinionem DD. in judicando , *l. 1. ff. de off. qz. ubi populi suffragio, & voce, cap. novimus, de verbor. signif. Bart. in l. cum prolatis, ff. de re jud. Alex. in cons. 95. n. 6. lib. 2. Cartius senior in cons. 69. vers. undecimo dicunt Paris in tract. de syndic. in verbo judicare, cap. 3. nu. 13. paria sunt judicare contra legem , & judicare contra communem opinionem DD. nam limites legis si transgrediatur judex , præsumitur esse in dolo . *Mars. in sua pract. crimin. §. successive n. 9.**

Cum Judex debeat judicare secundum consuetudines patriæ , & Doctorum consuetudinem judicantium communiter , aliàs facit litem suam , *glos. in l. jubemus in verbo quod judex debet judicare non solum secundum leges C. de judiciis, & judicans officialis contra opinionem communem DD. & contra solitam judicandi consuetudinem præsumitur dolus transgrediens leges Gramar. voto 31. num. 9.*

8 Et propterea judex sequendo

L ia

in iudicando unum legis intellectum, & non communem intellectum, tenetur in syndicatu, *Bart. in dicta l. cum prolati, n. 3. ff. de re judic. Et in l. 4. §. hoc autem iudicium, n. 13. ff. de damno infecto*, nam a commune opinione iudex non debet recedere cum opinione communis Doctorum, rem claram, & indubitatam facit, *Saccin. Jun. in conf. 31. n. 7. lib. 1. Justin. in tract. de synd. n. 122. vers. Et idem cap. novimus de verbor. sign. ubi quorundam sit opinio à pluribus, l. 1. ff. de offic. quest. ibi creditor. Soccin. Jun. in conf. 67. n. 10. lib. 1. Corn. in conf. 55. lib. 2. conclus. 20. l. minime, ff. de legib. Affl. decis. 96. in fin. incip. fuit in S. C. nam iudex iudicans contra communem opinionem Doctorum iudicare præsumitur, per imperitiam, & est nimis ignarus, *Syloa Nupt. lib. 5. Et seq.**

9 Et quamvis aliqua lex plures habeat intellectus, & aliquantum iudex ex tali errore excusaretur; non sequendo intellectum communem Doctorum, secundum *glosam in cap. temerarium 11. qu. 3. in verbo nisi erravit ex causa probabili*. Tamen mitius puniretur, sequendo opinionem aliquam ponderosam alicujus Doctoris, secundum *Bart. in l. cum prolati ff. de re jud. num. 3.*

Nam teneretur in syndicatu, & convincitur de injustitia, quæ nullitati æquiparatur, *cap. inter cetera, de re jud. Vincen. de Franch. decis. 148. n. 7. in prima parte*, & tenetur officialis in syndicatu, etiam si pars condemnata ad huiusmodi sententiam, qua non appellavit, *Bald. in tit. de pace, Et jur. firm. Jo. Vincent. de Anna in sing. 58. in fin.*

10 Nam videtur pars approbasse sententiam injustam ob non interpositam appellationem quoad iudicem, *lab eo C. quomodo Et quando jud. Paris in suo tract. synd. in verbo appellatio, cap. 3. n. 6.* etiam si a dicta sententia Pars appellavit, tenetur iudex in syndicatu, & potest condemnari in futuro eventu, & casu, quo præfacta iniqua sententia infirmetur.

Ego autem providi, quod causæ appellatæ in M.C.V. vel in alio tribunali, expectetur exitus decisionis, & interim syndicandus caveat de se præsentando coram syndicatoribus decisa causâ præfacta appellata, licet possit condemnari in futuro eventu, *Paris in præfato loco, n. 10. cap. 3. in verbo appellatio.*

Tenetur etiam, si appellatio esset deserta, *cap. sepe de appellat. Put. in d. tract. in verb. appellatio, num. 9. cap. 3.*

Et

Et in tantum hoc est verum ,
quod etiam si prima iniqua , seu
injusta sententia fuerit confirmata
in secunda instantia, & postmodum
confirmata in tertia instantia; pri-
mus Iudex tenetur *Menoch. in*

tract. de arbitr. jud. casu 339. nu.
14. *lib. 2. cent. 4.* postquam prima
sententia fuit iniquitatis princi-
pium , & fundamentum , *Innoc.*
in cap. sepe extra, de off. deleg. l. fin.
ff. de var. & extraor. cognition. nam
prima sententia exqueretur iniqui-
tatem, *glos. in l. tale pactum §. pro-*
vocavit in verbo ideoque senten-
tia prima, ff. de pactis, Jo: Andr. in
cap. pastoralis extra, de off. deleg.

11 **Q**uamvis officialis possit tueri,
quod , quando sunt plures senten-
tiæ conformes, præsumantur ritè,
ac recte, ac pro justitia, & præsu-
mantur justæ propter judicis sen-
tentiam, & præcepti auctoritatem,
l. servo, invito, §. cum prætor, ff. ad
Trebellianum, præsumeretur calu-
mniari, *Bald. in rubr. C. de jud. qui*
mal. jud. cle. ut calumniis, de sent.
& re jud. & pro sententiæ conformi-
bus , neque potest de nullitate di-
ci, Vant. in tract. de nullit. rubr.
quoties .

Et infra quod tempus de nulli-
tate agi possit, *n. 5. fol. 67.* idcir-
cò præsumitur pro justificationi
sententiæ , quando sententiæ sunt
conformes , *Abb. in cap. quoniam*

contra column. l. 4. de probat. Anto-
nias Fabr. Rom. in suis com. concl.
in tit. de sentent. concl. 5.

12 **N**ihilominus sententia iniqua ,
cum iniquitatem contineat , nun-
quam transit in rem judicatam, ut
in *cap. inter cæteras , de re jud.*
glos. in clem. pastoralis , in verb.
non habebat , de re jud. idem Ga-
briel. Rom. in suis conclus. in tit.
de sentent. conclus. 10. n. 1. nam
sententia continens juris errorem
in ea expressum, est ipso jure nul-
la , idem *Ant. Gabr. Rom. in tit.*
de sent. concl. 7. & ibi latissimæ .

Nam, & sententia inique prola-
ta non meretur executionem, tam-
quam non ritè, neque rectè prola-
ta, *l. 4. condemnationem, ff. de re jud.*

Et licet ex parte syndicandi pos-
13 sit apponi, quod de consuetudine
pro sententiis malè, aut iniquè pro-
latis, officialis non syndicatus, ni-
si de Baractaria furtis, extorsioni-
bus , & concussionibus , *Paris de*
Put. in suo tract. de synd. verbo
syndicantur officiales , & in ver-
bo electio officialium , Franc. Ac-
cursius in suo tract. vers. item si
esset confirmata , auth. hodie , C.
de jur. calumnia , Amed. Just. in
suo tract. synd. n. 137. vers. item
non tenentur Boss. in tit. de off.
pecun. corrup. n. 11. Bald. in auth.
generaliter , C. de epis. & cler.
Gramat. in cons. 55. tamen præ-

fata consuetudo cum iniustitiam inducat, non est observanda *cap. fin. de consuetud. Bald. in conf. 349. column. 2. in 5. vol.* cui consuetudini juri impugnant, ex sua cervice judicare contra legem, & non secundum opinionem Doctorum.

Nam illa dicitur consuetudo rationabilis, & iusta, quam jura non improbant, *glos. in d. cap. fin. de consuetud.* in verbo rationabilis, & consuetudo dicitur, & jure, & usu approbata, & moribus plurimarum personarum, *Bart. in l. de quibus n. 6. vers. 3. accipitur, ff. de legib.*

Et iudex judicans contra communem opinionem dicitur esse in
4 ignorantia supina, seu crassa, a qua nullatenus excusari potest, *Jo. Vinc. de Anna alleg. 55. n. 20.*

Et ignorantia est triplex, simplex, probabilis, & crassa, seu supina; ignorantia simplex est vera, & non simulata, in qua peccantibus est parcendum, *cap. excellentissime 11. q. 3. in verb. ignorantia, & cap. seq. & cap. ultim.*

Crassa, seu supina ignorantia non excusat, *Carov. in rizu M. C. V. 5. n. 6. Affl. in const. sancimus, de jure proximos, §. licentiam n. 4.* & dum officialis sequitur in judicando, aliquam opinionem alicujus Doctoris, non excu-

satur in syndicatu, cum malam elexit opinionem, *Bart. in l. cum prolaris, ff. de re jud. sed mitius punitur, Paris de Pus. in tract. synd. in verbo judicare, cap. 3. incip. an si iudex, n. 1. & 5.*

Quando autem sententia, ex noviter deductis per iudicem ad quem infirmetur, iudex non tenetur in syndicatu, ex probabili errore, *Grasnat. in conf. crim. 54. n. 2. Bart. in l. post legatam §. quidam, ff. his quibus, ut indigni, vers. & predicta intelligo.* Tenetur pariter arbiter, & arbitrator, *glos. in d. §. 1. instit. de obligat., qui quasi ex delicto nasc. in verb. sed numquid, hęc omnia locum habent glo. in l. si quis in conscribendo, C. de pactis, in verbo nota, circa finem.*

Nam sicut iudex qui male iudicavit facit litem suam, non ita arbiter, vel arbitrator, sed tantum tenentur de dolo, & lata culpa, cum fuerint assumpti de partium consensu. *Joannes Vinc. de Anna in sing. 37.* iudices quoque ecclesiastici tenentur coram iudice competenti, ut dicit *Niger in cap. Regni statuimus, rubr. de synd. n. 43. vers. ex hoc infertur, l. 1. §. 1. ff. si mens falsum mod. dixerit, malum*
16 namque est, in quo homo versatur illud ignorare, *l. 2. §. Servius Sulpitius, ff. de orig. jur.*

Tur-

Turpeque est Doctori, cum culpa redarguit ipsum, *glo. in §. illud videlicet cl. 2. in auth. ut iudices sine quoque suffragio, in verb. exemplum.*

Et iudex non potest suam sententiam emendare, postquam diffinitivè pronuntiat, & functus est officio suo, *l. iudex posteaquam, ff. de re judic.*

Secus est interlocutoria sententia, *l. paulus, & l. post rem, & cum querebatur, ff. de re jud. nam ante quam publicetur potest incontinenti corrigere, & quod alia accessoria, Alexand. in cons. 119. in 1. & 2. colum. in 2. volum. sed verba bene potest emendare, l. actorum verba, ff. de re jud. sed non potest mutare per sententiam, id quod in libello petitur, Beer. dec. 289. n. 2. part. 2.*

Officialis pariter in syndicatu non tenetur, quando protulit sententiam transmittam ad votandum cum consensu Partium, *juxta l. si convenerit, ff. de re jud. vel præfixit terminum Partibus ad producendam listam Doctorum suspectorum, si quos Partes habebant, Capys. dec. 138. in fine Anna sing. 274.*

Nam si ipse officialis de per se proprio motu imperitum, aut indoctum elegit Consultorem, fuit in culpa, secus si judicaverit eum

consilio assessoris; quoniam tenetur Assessor, *l. 2. ff. quod quisque juris.*

Sed quando officialis de per se nulla præcedente monitione Partium elegerit Consultorem imperitum ad decidendas causas, tenetur in syndicatu, *ut in §. penul. instit. de oblig. quæ quasi ex delicto nascuntur ibi culpæ reus, qui opera malorum hominum utetur, Mexoch. in tit. de arbitr. jud., centur. 4. lib. 2. casu 339. Bald. in d. §. proficisci, ff. de off. procons. glosa in l. vel per literas, in verb. sed si ego ff. si mensor fals. mod. dix.*

Et si iudex omiserit vincitum in expensis condemnare, dum fuit in iudicio petitum, in syndicatu tenetur *glossa in l. fin. C. quando provoc. non est necesse, in verb. confiteatur l. properandum, §. fin. autem C. de judic. Bald. in auth. novo jure C. eod. Paris in suo tract. de synd. in verbo expensa cap. 2. n. 5. fol. 178. Amed. Justin. in suo tract. de synd. num. 73. vers. item si omittunt condemnare vincitum in expensis; immo etiam si expensæ non fuerint in iudicio petitæ, & si iustum fuerit, officialis debet vincitum ad eas condemnare, Cappel-la Tholosan. decis. 111. in addition.*

Secus est, si obtinuit primam sententiam in prima instantia, & in secunda instantia, succumbit,

non

non condemnatur in expensis, *Caravit. ritu 297. num. 21.*

Vexatur etiam in syndicatu, quando officialis protulit sententiam nullam, *Paris in tract. synd. in verb. sententia, c. 9. num. 2. Anna alleg. 19. num. 12.* quando executioni demandaverit præfatam sententiam nullam: secus est, quando non demandaverit executioni, *glos. sing. in l. fin. ff. de variis, & extraordin. cognit. Doctor. in l. 1. §. fin. ff. quod quisque jur.*

Et præfata sententia nulla, non potest pro una parte esse nulla; pro altera parte esse valida, cum sit individua, *l. in hoc iudicio ff. famil. hercisc. glosa in verb. non valere, l. non sortem, §. si centum, ff. de conditione indeb. Rota Avenion. dec. 27. num. 1.*

Et præferens officialis sententiam nullam, sportulas receptas pro ea, debet restituere, cum sententia habeatur pro non facta, *Vant. in tract. de nullitat. in rubr. quoties, & infra quod tempus n. 53.* & si sententia habetur pro non facta, officialis tenetur sportulas receptas restituere, cum non entium nullæ sint qualitates, *Aristotel. in 2. de anima.*

Sed si officialis iudicaverit per dolum, & fraudulenter, non solum teneretur ad expensas, & parti læsæ ad interesse, sed etiam po-

test criminaliter puniri, *Boss. in tit. de off. pecun. corrupt. in sua pract. crim. n. 11. & 12. constit. Regni, incip. Si fraudulenter, in rubr. de pena jud. qui male jud.* ubi privatur officio in recuperabiliter, & efficitur infamis, & privatur omnibus suis bonis, hoc procedit in causa civili, in causa autem criminali tenetur, *l. 1. de sicar. Boss. in tit. de off. pecun. corrupt. n. 7.*

Nec officialis potest repetere illud, quod solvit ipse, ab eo, in favorem cuius protulit sententiam, quam, vel per imprudentiam iudicavit, vel forte per dolum, vel per fraudem, *glos. in cap. cum ab omni. de vita, & honest. cler. cum sit turpitudine ex utraq; Paris de Pat. in suo tract. de syndic. in verb. his sua, c. 4. n. 1. circa medium,* ubi iudex pœnam, quam sua culpa solvit, a parte non repetit. *Cazald. in suo tract. de syndic. n. 29. circa fin.*

Nec iudex potest sententiam suam corrigere, aut emendare, quando fuerit promulgata, & maxime quando est diffinitiva, quia est functus officio suo, revocare non potest, *l. iudex, ff. de re jud.* secus est in interlocutoria, *glosa in cap. qualiter, & quando de accusat. in verbo corrigere, l. Paulus, & l. post rem ff. eod. tit. & l. cum querebatur, ff. eod. tit. ut di-*

in *supra*, in continenti potest corrigere, & quod alia accessoria, *Alex. in cons. 116. in 1. & 2. column. in 2. volum. Addit. ad Dylum in regula, quod semel placuit, de regul. jur. in 6. verb. obscura.*

Et si non intelligibilia sint, bene iudex potest emendare, & interpretare, *l. actorum verba, ff. de re jud.*

Quinimmo sententiam interlocutoriam potest revocare, *Cap-pella Thok. add. ibi in dec. seu quest. 185.*

23 Et an possit officialis tueri in syndicato, aliter quam ex processu possit ostendere, partem bene condemnatam, vide *Boer. dec. 259. num. 9. ubi bene distinguit in 2. parte.*

AD CAPUT I.

Addit. Leon. Ricc.

SUMMARIUM.

- 1 *Delicta, de quibus syndicari potest officialis, tradantur unica generali Regula.*
- 2 *Syndicari an debet pro sententia iniqua executioni non demandata?*
- 3 *Dolus, nisi probetur ab accusatore, non presumitur.*
- 4 *Syndicari non debet ille, qui per sordes non iudicavit.*
- 5 *Expense quando reficienda sunt per iudicem, & quando ab acto-*

re, si nulliter sit aditatum.

6 *Libellus criminalis in syndicato an debeat continere solemnitates legis libellorum, & quamnam sint dictæ solemnitates?*

7 *Syndicandi cautela, quando intendit se defendere à querela criminali per coarctatam loci, & temporis.*

Disputat Auctor in hoc loco causam civilem male iudicatam; sed quicquid Auctor hic alique Auctores de hoc diffusè disputant, relictisque dictis disputationibus, quæ ad erudiendam mentem Academicorum deserviunt, & mentem discipulorum proximè confundunt potius, quam erudiunt.

Idè formabis unicam regulam; five generalem conclusionem, quod in praxi in toto terrarum Orbe ex generali consuetudine officialis non syndicatu, nisi.

De baratteria, furtis, extorsionibus, & concussionibus, ut Auctor noster hic *n. 13.* concludit, & rejecta contraria opinione testatur *Joseph Ludovicus dec. Lucens. 1. n. 50. & concl. 18. vers. infertur. 102.* ubi multos cumulavit, & quod ita scribatur, *Granatus Theorem. 11. nu. 8. Polidor. Ripa observo. 135. n. 1.* ubi de communi, *Scaccia de appellat. q. 19. l. 4. Claus qu. 79. n. 3. in fine,* ubi concordantes cumulavit, *Bajar.*

ad

ad Clar. n. 33. e 38. Hier. Giacobbar. in cons. Syndicar. n. 46. posito post Julium Clarum, Bertazol. cons. 71. vol. 1. n. 81. & 91.

Et sub his comprehenduntur omnes fraudes, & corruptiones, quæ latam culpam continent, quæ dolo proximè sunt, ob denegatam vel retardatam, vel male administratam justitiam, ob malam observantiam, & violationem legum patriæ, sive capitulorum Universitatis, sed intellige bene, dummodo hoc fiat per dolum, vel malitiam officialis.

Et demum de quibuscumque aliis cum dolo, & fraude, sive per fordes in officio male gestis, administratis, ut novissime infinitis Jurium, & DD. auctoritatibus concludit, Gabr. Bocart. in speculo visitationum, cap. 3. n. 72. Lagamar. ad Rovir. in Pragm. 1. de synd. n. 1. Gazinus defens. 1. cap. 22. n. 8. defens. 36. cap. 10. n. 12. & cap. 20. n. 15.

Nec sufficit, malè & dolosè fuisse pronunciatum, sed requiritur, quod decretum dolosè datum sit executioni demandatum Joseph Ludovicus decis. 9. n. 28. quem sequitur, Rovir. in dicta Pragm. 1. n. 38. & Matthæus Claritia in opusculo inserto in Praxi civili Broja n. 125.

Hæc tamen ampliatio, mihi non

placet, quia; ut officialis puniatur in syndicatu, sufficit per dolum injustum decretum pronunciasse, ubi enim est dolus, ibi est delictum, quod impunitum remanere non debet, sive illud injustum decretum executioni demandetur sive non, cessante vero dolo cessat delictum, & de pæna tractari non debet, Celima de syndicatu cap. 4. n. 19. ex textu in l. aliud est fraus, ff. de verb. significat. & in Angelo in tractatu de syndic. quest. 80. Caravit. cons. 319. colum. 8. vers. 10.

Dolus vero non præsumitur, sed qui dolum, & culpam allegat, debet illam probare, Celim. loc. cit. nu. 20. ex textu in l. questione, §. qui dolo, ff. de probat.

Dolus itaque probari debet a querelante, scilicet prece, odio, vel pecunia data vel promissa corruptum officiale malo animo, sive dolosè pronunciasse dictus Claritia in opusculo de syndic. ad Broja ubi supra n. 124. ex l. si filius fam. §. Judex ff. de Judic. & ex Farinac. cons. 64. n. 10.

Quando vero non per fordes, non per dolum, non per malitiam judicavit sive juxtè, sive injustè sindicari non debet, nisi negligentia, & culpa non sit levis, sed dissoluta, lata, & supina, quæ dicitur dolo proxima, Scial. cap. 33. num.

num. 6. de foro officialium, Rovit. Prag. 1. n. 60. Dansa de pugna DD. tit. de official. in genere n. 13. Clarus in Practica crimin. q. 73. vers. item Judex, Et noster Auctor Carraba singular. 183. Celsima cap. 4. n. 20. fol. 49. ex Consiliar. Vargas parte 8. tom. 3. ex l. quest. 5. qui dolo ff. de probat. Et lato Petra ritu 291. n. 182.

Immo in Regno nostro sic clarissimis verbis, a nemine adhuc ponderatis, statuit, *Pragmat. 1. de syndicat. ibi*: Aliquid nota dignum contra eos inductum facto processu adhibetur Consultor.

Unde ex contrario sensu dictæ *Prag.* non est syndicanus officialis, nec faciendus Processus, nec adhibendus Consultor de eo, quod non est dignum nota, idest, quando aliquid fecit sine dolo, sine batteredia, sine negligentia dissoluta non per fordes, & sine malitia.

Sententia enim, quæ quibusdam videtur non rite, neque recte lata, aliis videtur, & ritè, & rectè lata.

Experientia docet, quod sæpissime in Tribunalibus Collegiatis aliqui de Aula discordant a sententia facta, & sæpe fit paritas votorum, & decisio facta sæpe reprobat, alioq; modo fit ab eodem Trib. Colleg.

Alias si officialis posset querela-

ri, & syndicari de decreto facto absque malitia, absque dolo, adeo timidiore fierent in iudicando, ut non valerent calumniantium iniquitates frangere, & semper haberent calumniatores affectatas porrigere querelas, juxta tradita per *Gram. conf. 54. n. 5. Caballanum de Brachio Regio, parte 4. n. 79. Guaz. defens. 36. cap. 10. n. 2.* Imò sive fieret sententia ad beneficia unius, sive alterius, semper Judex vexatus esset ab alterutro ipsorum.

Ideo illa cantilena, si fuerit appellatum, vel non appellatum fuerit deserta, vel non appellatio, & quod pendente appellatione expectandus sit exitus appellationis, sunt disputationes inutiles, de quibus nulla habenda est consideratio, quia aperiretur via ad vexanda innocentiam officialis, quod permittendum non est, *Afflict. in consuet. terminum 1. notab. 6. Et 7. q. Bertazzol. conf. 37. lib. 1. Gallup. parte 1. num. 26.*

Tamen advertendum est, quod si sit nullitas ex defecto Judicis, vel Judex præstans auctoritatem actui nulli tenetur sportulas receptas restituere, etiam si nulla adsit fraus, vel dolus, sed si adsit dolus ultrà refectionem expensarum parti, tenetur ad interesse, & criminaliter puniatur, ut Auctor hic *num. 20. c.*

21. & idem Auctor *Carraba sing.*
III.

Nulla enim major est iniustitia, quam nullitas; *Vant. de nullitatibus, num. 19 rubr. quid est nullitas noster Carraba sing. 95.*

Quando itaque non culpatur Iudex, nec fuit ipse causa causati tunc tenetur pars litigans, quæ nulliter actavit, nemo enim pro alterius delicto puniendus est, ut anima, quæ peccavit, ipsa patiatur, & poena suos teneat Auctores, *l. sancimus, C. de poenis, l. absentem, ff. eodem tit. cum adductis per Fiscum concl. 212. lit. P.*

Et hic est unus ex undecim casibus per nos collectis in 3. tom. *nostræ Praxis* circa refectionem expensarum, in quibus casibus est facienda, qui *Tomus 3.* quam primum dabitur in lucem Deo dante.

Ad num. 5. § 6.

6. Hæc conclusio Auctoris, quod Libellus criminalis, si non continet solemnitates, *l. libellorum, ff. de accus.* rejicitur tamquam ineptus, & si admittitur est nullitas, & habet multos sequaces dicentes per *c. detestantes* in Regno sublatas fuisse solemnitates prædictas in civilibus, sed non in criminalibus.

Solemnitates enim, dictæ legis sunt exprimere inditionem, & regenerationem Regis, annum, mensem, & locum commissi delicti, *l. in cau-*

sis c. de accus. § ibi glos. licet non teneatur specificare diem, & horam, *Police tit. 8. cap. 7. n. 8. fol. 209.*

Nam specificatio anni, mensis, & loci, est introducta ad beneficium Rei, ut possit, & sciat se defendere.

Et quod dictæ solemnitates non fuerunt sublatae in criminalibus cum sint de substantia libelli ad probationem criminis ex parte Actoris, & ad defensionem ex parte querelati, ne sub incertitudine loci, & temporis remaneant Jura querelati indefensa, *Celima de syndicato cap. unico nu. 30. p. 2. fol. 101.*

Contrarium tamen docet *Petrar. rit. 295. nu. 199. § 200.* & refert decisum in M.C. Vicariæ, & rationem assignat, quia hodie proceditur sola facti veritate inspecta, & sunt sublatae solemnitates juris positivi per *c. detestantes insertum in Rit. M.C. Vicariæ 288.* & quod dictæ solemnitates legis libellorum, hodie non servantur in causis criminalibus, allegat *Marcel. Calà de modo articulandi. Gros. 4. n. 24. Antonius Bendedel. de syndicato officialium.*

Et quod sufficit generalitas libelli absque loci, & temporis specificatione, *Tuscanus conclus. 271.* verbo syndicatus, *Scial. cap. 33. de foro officialium, Afflict. decis. 259. nu. 4. Anna allegatione III. Thorus parte*

parte 3. compendia decis. secti. 2.
 verbo libellus porrectus .

Et Paris de Puteo cap. 5. de synd.
 nu. 2. verb. scientia , concludit in
 causa syndicatus, si fuerit proba-
 ta querela , nulla habenda est ra-
 tio de nullitate ex defectu solem-
 nitatum, dicta *Libellorum* , dum
 in Regno attenditur veritas, & so-
 la facti veritate inspecta judican-
 dum , est tam in civilibus, quam
 in criminalibus .

7 Nec propterea tolluntur Reo
 defensiones , quia ubi defensiones
 consistunt in specificatione temporis
 , vel loci , ut quia excipiendo
 posset probare coartatam tempo-
 ris , & loci , tunc poterit reus pe-
 tere, tam in causa criminali, quam
 in causa civili, ut Actor declaret
 specificationem loci , & temporis,
 & tunc tenetur declarare .

Exemplum ponitur in causa
 civili ad effectum fundandi præ-
 scriptionem , *Ursill. ad Afflict. de-
 cis. 250. num. 7.*

Exemplum in criminali petit
 exprimi diem , & locum delicti in
 sua defensione, si probare intendit
 illa die non adfuisse , in illo loco ,
 juxta *tex. in l. optime , C. commit.
 stipulatum concordantibus .*

Sed querelans, vel Actor potest
 declarare se ex justa causa igno-
 rare vel non recordari de tempo-
 re, *Ursill. ubi supra num. 3. ex Place*

in l. si quando nu. 824. C. unde vi.

Et ubi fuerit facta a querelante
 expressio diei delicti patrati, tunc
 cogitur querelans probare , jam
 commissum fuisse illa die delictum ,
 quod si non fuerit probatum illa
 die , accusatus est absolvendus ob
 illam regulam legalem, Actore non
 probante, Reus absolvitur, *Aimon.
 de antiq. temporis 4. parte num. 1.*
 quem citat, & sequitur, *Ursill. ubi
 supra num. 4.*

S U M M A R I U M .

- 24 *Negans , aut retardans justitiam punitur criminaliter .*
- 25 *Negata aut retardata justitia dicitur , quando ter requisitus causam instructam non expedivit .*
- 26 *Libellus nullus lacerari potest ab officiali, concremari, & reici, & infra quod tempus de nullitate agi potest .*
- 27 *Causa quando dicitur instructa, & quando conclusio non fit in criminalibus .*
- 28 *Excusatur officialis retardata justitia ob aliquod impedimentum , quod probari debet .*
- 29 *Universitas pro debito liquido unica interpellatione facta ponit in mora officialem .*
- 30 *Testes pro maleficio reperiendo possunt recipi etiam post factam publicationem, publicatione ta-*

men facta si appareat innocen-
tia, debet Reus sub fidejusso-
ribus relaxari, alias judex in
syndicatu tenetur.

- 31 *Pœna retardatæ justitiæ est ar-
bitraria.*
- 32 *Pœna denegatæ justitiæ fuit ab
auctore data, quod carcer de-
cem dierum cederet in pœnam,
& condemnatur syndicanus ad
ducatos undecim pro interesse
ad beneficium quærelantis.*
- 33 *Negans justitiæ tenetur de
homicidio, si carceratus mori-
tur, & tenetur ad dietas, qui-
bus inquisitus stetit carcera-
tus, & ad interesse.*
- 34 *Negans audientiam illi, qui
non exhibet scripturas ad man-
datum Judicis, non tenetur in
syndicatu.*

C A P. II.

*Disputatio causse de qua syndican-
dus officialis convincitur de retar-
data, & denegata justitia.*

Officialis tenetur in syndicatu de
denegata, & retardata justitia,
quando fuit requisitus, ut causam in
limine expeditionis instructam exi-
stentem, decidat, & expediat, ob-
mutescit, *Bald. in cap. 1. de milit.
vass. qui cont. est in Rubr. feador.
Felin. in c. excommunicamus, de
heret. in 6. l. placuit in verb. si mo-
ram fecerit, C. de collat. fund. pa-*

*rim. lib. 11. Bart. in l. 1. nu. 1. C. de
suscept. præpos. & arcan. lib. 11. ubi
sine mora. Menoch. de arbitr. jud.
casu 341. n. 4. lib. 2. cent. 4. & ne-
gligens facere justitiæ subditis
officialis facit injuriam Deo, &
Principi, Paris de Put. in tract.
de syndic. in verb. lis sua, cap. 4.
Boss. in tit. de off. pecun. corrupt. in
sua præf. crim. n. 25. & negans ju-
stitiam facere, aut retardans, po-
test puniri criminaliter, ut dicit
Boss. in dicto loco citato nu. 12. &
dum quidam officialis pro homi-
cidio imposuit pœnam manus,
fuit suspensus ex ordine Regis
Caroli II. Niger in c. Regni pri-
dem in rubr. de furtis n. 5. cap. 9.
fol. 42.*

Quinimò si judex pœnam a
lege impositam non exegerit, &
exactam Fisco non dederit, de suo
debet reficere, *Lucas de Penna
in l. 1. colum. 8. C. de desertor. lib.
12. & imponens judex pœnam sta-
tutam de jure communi efficitur
infamis, & puniri debet eademet
pœna, Felyn. in c. de causis in fin.
extra de off. deleg. Lucas de Penna
in l. quæries. C. de naufrag., idcirco
tenetur judex justitiæ ministrare
subditis, cum melior sit justitia,
quam temporis fertilitas, *Arist. de
Rectorica ad Alexan.**

Nam dum fuit officialis ter re-
quisitus, ut causam instructam

expediat, tenetur in syndicatu de denegata, ac retardata iustitia, & convincitur, *Gramat. in cons. crim. 54. n. 8. Bart. in l. Titia, §. usuras ff. deleg. 2. n. 4. Et in l. 4. §. hoc autem inditium, n. 1. ff. de damno infecto, l. damni §. Sabinus, ff. eod. Put. in tract. de synd. in verb. negligentia, Boss. in sua pract. crim. in tit. de off. pecun. corrupt. n. 24 Abb. in cap. ex parte extr. de appellat.*

Nam quando officialis Fiscalis non vult comparitiones inquisiti carcerati admittere teneretur in syndicatu, *Maran. in cons. 25. n. 29.*

Et officialis aliquando potest libellum nullum lacerare, & non admittere, *Anna in alleg. 19. nu. 16. immò instrumentum nullum confectum, ex nulla sententia, idem Anna in allegat. 93. n. 3. cum habeantur pro non factis, Vant. in tract. de nullitat. in tit. quoties, Et infra quod tempus de nullitate agi possit num. 53.*

Cum iudex possit repellere agentem sine actione in iudicio, *Maranta in sua pract. in rubr. Et pervenit aliquando n. 199. in sexta, & ultima parte principali, & ideo non tenetur officialis in syndicatu, Paris de Put. in suo tract. de synd. in verbo iudex n. 4. ubi dicit, quod cum quis proponit actionem, ad quam admitti non debet, iudex potest libellum lacerare,*

re, concremare, vel rejicere, proijciendo, & non tenebitur in syndicatu, & inhabiles comparentes repellere potest, *Vant. in suo tract. de nullit. rubr. quis poss. dicere de nullit. n. 42. Et 43. immò etiam prolata sententia in favorem illius cui nulla competeat actio, est nulla Anton. Rom. in suis conclus. in tit. de sentent. concl. 8. in fin. Sed quando causa est instructa, iudex tenetur ipsam expedire, ut iuris est.*

Nam quando in causa est conclusum, & citatio expedita ad sententiam, ita quod non speratur, nisi sententia, dicuntur instructæ, *Bald. in cap. 1. incip. dilecti filii, colum. fin. extra de dilat. Sabyc. in l. ne causas, C. de appell. in criminalibus vero, non sit conclusione, Clarus in sua pract. crim. in quest. 12. vers. ultimo quero, iudex tenetur facta publicatione, & citatione ad sententiam causæ expedire, immò causa introducta civili, & presentatis allegationibus in manicha iudicis, & informato iudice, per Advocatum de meritis causæ, non obstante primo, vel secundo beneficio per minorem petitis, debet iudex procedere ad expeditionem causæ, Carav. in ritu 71. n. 5. Et 6. Vinc. de Franck. dec. 261. n. 10., Et 11. in 2. volum.*

28 Et non procedens in caussa tenetur in syndicatu officialis, sed tunc excusaretur officialis, quando ob aliquod impedimentum, non potuit caussam decidere, vel ob absentiam, vel ob infirmitatem, *Alex. in cons. 119. in 2. colum. n. 12. in 2. volum. Et not. in l. prope modum §. sin autem, C. de judic.* & ut officialis possit excusari a syndicatu, hoc impedimentum debet probare, *Carav. in ritu M. C. 286. n. 2. in fin. Et n. 3.* vel ob multitudinem diversarum, ut Judices M. C. V. excusantur ob multitudinem diversarum caussarum, quae emergunt, *Paris de Put. in tract. synd. in verb. judices, c. 14. fol. 112.*

De jure vero constitutionis, tunc officialis dicitur retardare, & denegare justitiam, quando inquisitus convolat ad M. C. V., & obtinet provisiones a praefata M. C. V. quod officialis infra tot dies caussam expediat, sub poena avocationis caussae, *Foller. in sua pract. crim. in fragmentis n. 43. Et 44. Et Const. Regni statuimus rub. de off. magistri justitiaris.*

29 Sed quando officialis pro debito Universitatis semel fuerit requisitus, ut justitiam faciat in cogendo liquidos debitores Universitatis non administrat justitiam, tenetur in syndicatu per unicam interpellationem, ex Regis provi-

dencia, ut in prag. 10. in fine de administration. Universitat. nam quando officialis imputatur de injustitia, & sic debitum Universitatis debet esse liquidum, *Grammar. in cons. crim. 53. n. 41.*

Nec potest in syndicatu officialis molestari, quod non expedivit, seu determinavit caussam criminalem, inquisitus habuerit processum pro publicato, & legitimo in forma quando testes curiae non sunt repetiti, maximè infra terminum statutum reo ad se defendendum, cum debeat repetere testes infra terminum defentionum, ut in prag. 3. in rubr. de cit. Anna in sign. 423.

Nam elapsis quindecim diebus ulterius non possèt testes repetere, ut ibi, tamen non propter hoc testes non possunt repeti, extra terminum praefixum ad faciendas defensiones, & potest repetere, *Grammar. dec. 28. Capyc. dec. 36. in fin. Foller. in sua pract. crim. in verb. Et repetantur testes, n. 12. Angel. de malef. in sua pract. rubr. quoad probationem n. 1. Bajardus ad Clar. in q. 45. vers. caeterum n. 43.*

30 Nam testes pro maleficio repetiendo possunt recipi in caussa etiam facta publicatione, *Clar. in sua pract. crim. in q. 61. vers. sed quero, Carav. in ritu 69. in fin. Niger. in c. Regni ab illo inchoandum, in rubr. de inquisit. n. 59.*

& si

& si non repeterentur testes, delicta remanent impunita contra *l. item vulneratus*, ff. ad *l. Aquil. in fin. l. congruit*, ff. off. praesid. & propterea non potest in syndicatu officialis molestari .

Tenetur pariter officialis in syndicatu, quando facta publicatione in causa apparet innocentia rei, & denegat subfidejussoribus reum relaxare, *Angel. de Aret. in sua pract. in verb. per quibus Antonius fidejussit in verb. Et nota quod si aliquis, Mars. in sua pract. crim. in §. quoniam, n. 51. Carav. in ritu 21. n. 14.*

Quandoque convincitur de negligentia quæ est dolo proxima, vel latæ culpæ tenetur in syndicatu, *Ruinus cons. 12. lib. 5. Clar. in sua pract. crim. in quest. 73. vers. item Judex, Amed. de synd. n. 247.*

31 Pœna autem retardatæ vel denegatæ justitiæ, est arbitraria judici, inspecta qualitate causæ rimittitur judicis arbitrio, *Menoch. de arbitr. ind. lib. 2. cont. 4. casu 241. n. 2. & potest ab officio deponi, ibid. n. 5. & attenditur personæ qualitas, & circumstantia facti, & est commensuranda pœna delicto, debetq; esse delicto denegatæ justitiæ, ac retardatæ congrua, aut b. omnes peregrini, C. communia de succession. Caravita in*

ritu 21. n. 3. Rota Avenionen. dec. 145. n. 2. Hyppol. in cons. 6. n. 11. Et cons. 10. n. 9. Deuteron. cap. 25. justa mensura dicti delicti erit plagarum modus .

Et ideo de Anno 1607. con-
32 demnavi U. J. D. Joannem Dominicum de Sese, tunc syndican- dum olim capitaneum terræ Carbonariæ de Provincia Principatus Ultra, quod carcer dierum decem cederet in pœnam pro denegata, & retardata justitia, & nihilominus condemnavi eundem ad duccatos undecim pro interesse passo, & liquidato ad querelam Fabii de Stigliano de terra Galetri querelantis, arbitrium judicis autem non potest extendi ad mortem, *Affl. dec. 176. post n. 6. Gramar. in cons. crim. 48. post n. 6. Clar. in sua pract. crim. quest. 83. vers. sed quero in fin.*

33 Sed si carceratus inquisitus ob denegatam, ac retardatam justitiam, ob squalorem carceris, & fœtorem moritur, tenetur officialis de homicidio, dum præbuit causam homicidio; cum causam non terminavit, nam qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, ut *l. qui occidit §. in hac ff. ad l. Aquil. immo tenetur ad interesse, & potest appellari a iudice denegante justitiam, Menoch. in tit. de arbitr. jud. quest. 70. n. 14.*

Et 15. lib. 1. & tenetur ad dietas, quibus inquisitus stetit carceratus, & noluit officialis ipsum expedire, & tenetur in syndicatu, & si favore carceris inquisitus se infirmavit, dum ipsum cum cautione habitare negavit, tenetur ad interesse, & statur sacramento quoad quantitatem ipsi interessato, *Boss. in sua pract. crim. in tit. de offic. pecun. corrupt. n. 15.* & idem magistratus debet omnibus administrare justitiam, alias potest puniri, *Menoch. in tit. de arbit. jud. cen. 4. casu 241. n. 2. lib. 2. const. Regni non sine grandi, in rubr. de observat. instir. vers. quia nobis cordi est.*

34. Et debet præstare audientiam omnibus, & negans audientiam, præsumitur in dolo, *Boss. in loco citato n. 16.* sed quando Pars non exhiberet scripturas ad mandatum judicis, judex potest audientiam denegare contra ipsam non exhibentem, & non tenetur in syndicatu, *l. sed si per prætorem, §. sed si decreto, ff. ex quibus major. Vinc. de Anna alleg. 5. n. 10. Vinc. de Franch. dec. 271. n. 10. in 2. par.*

A D C A P. II.

Addit. Leonard. Ricc.

S U M M A R I U M.

1. Pœna ob denegatam justitiam que sit.

2. Exarcerans debitorem non satisfacto debito, nec accedente consensu creditoris, tenetur solvere debitum, Et estimationem creditorum.

3. Pœna denegantis justitiam, in rebus magnis, que sit, Et datur exemplum.

4. Excusatur syndicanus a pœna denegate justitie pluribus modis, Et signanter, quando res non fuerit requisita.

Pœna ob denegatam, & retardatam justitiam est arbitraria in spectis circumstantiis facti, & qualitate personæ, ut Auctor concludit hic num. 31.

Judex propterea exarcerans debitorem absque consensu creditoris, vel illius satisfactione sequuta, tenetur solvere debitum, & litis extimationem ad beneficium creditoris, nec pœnam evitat judex, si debitorem ad carceres reducat, *Police t. 1. de præm. Reg. Aud. tit. 2. cap. 17. n. 5. fol. 97. ex Giurba conf. 76. n. 9. per Textum in l. quoties C. de exaction. tribut. lib. 10.*

Pro denegata, vel retardata justitia in rebus gravibus potest, officio privari, & sic durante officio conveniri, *Police ubi supra n. 12. ex l. si quis C. de officio præfecti orient. l. carceri ff. de exhibendis Reis Vivius dec. 322. n. 26. Reverter.*

ter. decis. 114. parte 1.

Exemplum est, si videns rixantes, se non interponit, tunc negligentia dicitur magna, per quam potest officio privari non expectato syndicatu.

Item si relaxat de facto carceratum de causa criminali, privatatur officio, ita decisum apud *Capblanc. de Baron. to. 2. cap. 17. n. 7.*

4 Causæ vero, quæ excusant officialem a pœna retardatæ, vel denegatæ justitiæ, enumerantur a dicto *Police loco cit.*, sed debet esse ter requisitus, ut ponatur in mora officialis; & quod fiat actus, qui possit expleri, nam si adest aliquod justum impedimentum, vel multitudo causarum excusatur iudex.

S U M M A R I U M.

- 35 Tortura dari non potest, si prius non constat de delicto in genere, nec potest condemnari, etiam si Reus confiteatur. Nec potest inferri tortura, nisi veniat imponenda pœna ultra relegationem, & defensionibus dari debent Reo, debetq; provideri de Advocato, & Procuratore; & in defensione repulsum facere potest Reus.
- 36 Defensionibus renunciari non potest per Reum, possunt tamen testes haberi pro repetitis.
- 37 Defensionibus renuncians se penitere potest, & iterum se defendere.

- 38 Tortura quando inferri potest absque defensionibus.
- 39 Tortura, ut inferri possit, debent esse plura indicia, & pluralis numerus duorum numero est contentus.
- 40 Tortura infra pœnam relegationis inferri non potest, & quando inferri potest ex processu informativo.
- 41 Tortura sine voto iudicis inferri non potest ab officiali idiota, nisi citeatur procurator inquisiti ad dicendam causam quare non debet torqueri.
- 42 Pœna torquentis Reum indebitè est carcerationis biennalis, & publicationis tertie partis bonorum, debetque considerari si est debilis, & robustus, & qualitas criminis.
- 43 Senex annorum septuaginta major torqueri non potest, nec impubes, nec mulier prægnans.
- 44 Medico, a publico salariato, & obstetrici credendum est.
- 45 Mulierem esse prænantem periculosum est, & nimis fallax iudicare id circò medici, & obstretrices advertant.
- 46 Tortura actus supersederi debet si à comminata tortura appelleretur.
- 47 Pœna excessus in torquenda.
- 48 Suggestio esset, quando interrogaretur specialiter Reus, & formula

N
mula

mula decreti tortura ad sciendum complices; cum ad vercimentis traditur .

49 *Tortura inferri debet absq; interventu Baronis , cum aliis advertimentis .*

50 *Confitente reo in tortura quid fieri debet .*

51 *Confessio in tortura quando remanet firma .*

52 *Et omisso ordinis judicarii in causa criminali processum reddit nullum , Et officialis teneatur in syndicatu .*

C A P. III.

Disputatio de indebita ac illegitima , ac juriosa tortura que est contra syndicanum in syndicatu .

ANtequam officialis deveniat ad torturam inferendam alicui inquisito , de aliqua crimine , debet cuncta rimari juxta *C. indignante 3. q. 5. cum actus torturæ sit irretractabilis, & potest illatam torturam, inanis est pœnitentia, Mars. in sua pract. crim. in §. occurrit. n. 1. debet- 35* que animadvertere, si prius constat de delicto in genere ; nam si non constat de delicto in genere , non potest procedere in causa *l. 1. §. item illud. ff. ad Syllan. Clar. in sua pract. crim. q. 4. Jason. in l. jurisjurandi, §. procurator colum. 7. vers. 2. limita, ff. de jurejur. Blanc. in sua*

*pract. de indit. Et tortura , n. 19. Et 20. Hyppolit. in l. 1. in princip. colum. 2. ff. de quest. Angel. in tract. malef. in verb. fama publica, colum. 2. & in tantum præfacta sunt vera, quod si reus confiteatur delictum, & non constat de delicto in genere non posset reus condemnari , Grama. cons. crim. 16. post n. 5. Clar. in sua pract. crim. in quest. 55. vers. potest etiam , debet considerare, quod delictum sit tale, in quo veniat reus puniendus pœna ultra relegationem; alias tortura non potest inferri, ut in *C. Regni tormen- ta , in rubr. de torm. Niger ibid. n. 11. Et 12. Foller. in sua pract. crim. rubr. rei indurati torq. n. 12.**

Debetq; judex dare reo defensiones , ne indefensus pereat , & providere de advocato , & procuratore inquisito , *Clarus in sua pract. crim. q. 49. vers. sed nunquid, l. 1. §. ait prætor ff. de postul. glosa in cap. statutum , §. insuper, in verb. pauperes in fine, extra de rescript. Maranta in cons. 20. nu. 1.*

Potestq; reus repulsam facere in termino defensorio , *Foller. in sua pract. crimin. in rubr. fiat litis contestatio. num. 12.*

Et si reus renunciaverit termino defensorum , seu defensionibus, officialis debet expectare tempus defensionum .

Cum ista renunciatio defensionum

num sit multum periculosa, *Clar. in s. a pract. crimin. quest. 49. vers. quæro nunc*, nam reus defensionibus renunciare non potest, *l. non tantum ff. de appellat. l. addictos, n. de appellat. § l. addictos, n. de epis. se. Audi. defensio namque est de jure naturali, clement. pastoralis, de sentent. § re jud. cui juri naturali non potest renunciari, l. jus agnationis ff. de pactis, Gramat. voce 7. num. 6.* & propterea judex tenetur ex officio facere reo defensiones, *Mars. in sua pract. crim. §. nunc videndum n. 7. Foller. in sua crim. pract. in rubrica, § si confitebuntur num. 54.* imò Princeps non potest de plenitudine potestatis reo auferre defensiones, & tollere, *Mars. in sua pract. in §. expedita num. 76.* & dum de anno 1608. cum ego fuissèm judex destinatus per Franciscum Pignatellum nobilissimum, & sapientissimum Marchionem Spinæ Aureæ Provinciæ Basilicatæ in causâ Tiberii Serenæ, & aliorum vassalorum dicti Marchionis, ac dictus Marchio, & Doctor Medicus Octavius Nardi conductus à præfata Universitate Doctissimus stimulant me, ut voluissèm, de justitia expedire præfatos Tiberium Serenam, & alios criminis socios existenti, tunc Capitaneo Lutio de Urso viro doctissimo, & incorru-

ptibili, ex quo renunciaverant defensionibus, ego autem respondi non posse ipsos expedire nisi expectato termini lapsu defensori, quo transacto providebo, ut juris!

Debetque testes curiæ judex repetere citato inquisito ad videndum juramenta testium, secus si reus habet testes Curiæ pro citato, juratis, & legitime repetitis non opus est repetitione, cum quilibet possit suo renunciare privilegio, *l. si quis inconscribendo, C. de pactis*; nam si non repeterentur, non probarent, *l. si quando, C. de testib. cap. 2. eod. tit. Niger in cap. Regni si justè, in rubr. de appellat. à tormentis, n. 53. l. judices, C. de fide instrum.*

Imò etiam quod reus defensionibus 37 renunciaret, potest revocare defensionis renunciationem, & iterum se defendere, *Mars. in sua pract. crim. in §. ulterius n. 31.*

In multis casibus tortura inferri 38 potest absque defensionibus: Primo, quando reus nollet respondere judici affirmative, vel negative in causâ capitali potest torqueri ad eruendam responsonem affirmativam, vel negativam, *Capyc. dec. 145. Carav. in rit. 259. n. 14.* Secundo, testes convicti possunt torqueri per alios testes numero plures, *Clar. in sua pract. crim. §. falsum, vers. conuipitur, Gramat.*

mat. voto 25. n. 20. ubi testes pos-
sunt torqueri absque aliquibus in-
diciis; dum suspicatur, quod sciant
veritatem, & nolunt revelare,
ut veritatem ipsam dicant, *Paris*
in verbo tortura 3. cap. 3. n. 1. fol.
325. Tertio, potest reus confessus
torqueri ad faciendam confronta-
tionem in tortura, cum sociis cri-
minis, *Clarus in quest. 45. vers.*
sed in proposito quero, ideò de an-
no 1608. intuli torturam Marco
de Roberto, confessò ad faciendam
confrontationem absque defen-
sionibus, & certi Doctores terræ
Spinæ Aureæ, mirabantur de hoc;
quod inferebam torturam absque
defensionibus, nam iudex non po-
test torquere reum, quando deli-
ctum non apparet per plenas pro-
bationes, & tenetur in syndicatu,
Mars. in sua pract. crim. in §. nuna
videndum n. 21. §. 22. Angel. in l.
§. si certus, ff. ad Syllan. Gramat.
voto 1. n. 2. l. editam, ff. de que-
stion. Niger in cap. Regni si iuste,
n. 56. in rubr. de appellat. a torm.

In qua tortura inferenda inditia
39 debent esse plura, & pluralis nu-
merus duorum numero est con-
tentus, *Carav. in ritu 267. n. 7. ut*
in c. Regni tormenta, in rub. de
torm. Menoch. in tit. de arbitr. jud.
casu 261. n. 2. §. casu 270. lib. 2.
cent. 4. ibi legitimis indiciis, & su-
spectionibus volumus adhiberi,

Dynus in Reg. jur. in 6. Maranto
in cons. 69. in fin.

40 Ubi non irrogatur tortura infra
penam relegationis, inditia etiam
debent procedere sufficientia ad
torturam, quando conceditur præ-
minantia per Illustriss. & Excellen-
tissimum Dominum Regni Prore-
gem, pro aliqua causa capitali ali-
cui officiali, & potest dare tortu-
ram ex processu informativo, *Gra-*
mar. in voc. 3. Aff. dec. 391. Vin-
cent. de Franc. dec. 143. in 1. va-
lum. nam Princeps de plenitudine
potestatis non potest facere, nec
minus absq; indiciis legitimis tor-
queri facere hominem bonæ famæ,
Gramat. voto 32. n. 18. & propte-
rea etiam commissarius generalis
campanæ cōtra foroscitōs destina-
tus in toto præsentī Regno, ab Il-
lustrissimo, & Excellentissimo Do-
mino Prorege, & ejus Collatera-
li Conf. cum præminantia M. C.
V. ad modum belli levato velo,
non potest torquere inquisitos, ab-
sque legitimis indiciis.

41 Et si non fuerit U. J. D. debet
habere pænes se iudicem, alias
torturam non potest inferre. *Ni-*
ger in cap. Regni in accusatos, in
rubr. de tormenētis, n. 16. §. in
cap. item caveant n. 2. in rub. quad.
non condemnentur vel tormenētur
sine consilio, indiciis, §. assesso-
ris presencia, Nig. in cap. Regn. in
accu-

accusatis, n. 2. in rubr. de tormen-
tis contra faciens punitur Regis
arbitrio, ibi n. 3. glosa in l. certi
juris, C. de judic. in verb. existit
lege nota glosa in cap. sciicitatus
in verb. impedimento, extra de
rescriptis, & tempore quo Joannes
Sergius de Summa nobilissimus
Neapolitanus, de Sedili Capuano,
erat gubernator generalis Regiæ
Audientiæ Provinciarum Basilica-
re, & Principatus Citra, & Cõmis-
sarius contra foroscitos, portabat
U. J. D. Carolum de Urfo Audito-
rem ejusdem Regiæ Audientiæ, &
Don Lelius Ursinus tempore, quo
erat commissarius generalis cam-
panæ contra foroscitos, habebat-
que modum belli levato velo, por-
tabat secum Auditorem U. J. D.
Marcellum Lotterium civitatis
Theani, doctissimum, & incorrupti-
bilem, & in præsentiarum, est gu-
bernator generalis Status Principis:
Arcoli, & antequam deveniat ad
torturam inquisiti debet citari fa-
gere inquisitum, & dominos caus-
se Advocatum ipsius, & procura-
torem, Bart. in l. procuratoribus,
C. de procurator ad dicendum
causam quare, non debet subici-
questionibus, & tormentis, que
sitatio omitti non potest, clemen.
pastoralis extra de re jud. Anna in
alleg. 99. n. 1.

42 Cavere debet officialis, ne tor-

queat inquisitum indebitè, & inju-
 riosè, quoniam esset pœna carcera-
 tionis biennalis, & publicationis
 terræ bonorum partis, *Niger in*
cap. Regni si justè, in rubr. appellat:
a tormentis, Gramar. in cons. crim.
15. Menoch. in tract. de arbitr. jud.
sentur. 4. casu 350. n. 7. Paris de
Put. in tract. de Synd. in verb. tor-
tura §. an sit officialis, & §. officia-
lis posuit ad eordam. Mars. in sua
pract. crim. in §. successivè nu. 108
Clar. in sua pract. crim. in quest. 64.
vers. antequam tamen.

Et quando reus inquisitus de ju-
 re debet torqueri, officialis debet
 considerare qualitatem rei inquisi-
 ti, complectionem, & qualitatem
 prædictæ causæ, & an reus sit de-
 bilis, vel robustus, & considerare
 alias qualitates criminis, *Hippol.*
in sua pract. crim. §. expedita, n. 85.
 & remittitur judicis arbitrio, *l.*
questionis modum, & l. de minore,
& ibi DD. ff. de quest. Foller. in
sua pract. crim. in verb. rei induro-
ri torqueantur, n. 16. Debetque
 officialis ætatem rei, torquendi
 considerare.

Nam senex annis septuaginta
 major torqueri non potest, *l. 3. §.*
 43 *ignoscitur, ff. ad Sillaniam, glosa in*
l. miles, C. de quest. in verb. adver-
tus, Jacob. de Belu. in sua pract. cri-
min. in tit. de quest. colum. 14. vers.
decimo. Nam isti in tortura pos-
 sent

sent debilitari, vel mori ob ætatem, *Paris de Pup. in suo tract. de synd. §. an si officialis cap. 12. fol. 222.* nec impuberes possunt torqueri, sed terreri habent, vel ferula cædi, *l. 1. §. imberes, & l. excipiuntur, ff. ad Sillam.* nisi in crimine læsæ Majestatis, & prodicionis, *Bald. in l. fin. C. his quib. us. indign. Angel. in l. 1. §. fin. ff. prod. tit. DD. in l. de minore, & in l. ex libero, §. de minore, ff. de quest. Mars. in sua pract. crim. §. expedita, n. 39. usque ad n. 44.* Nam mulier prægnās potest torqueri, *l. prægnantis ff. sed pænis,* sed si judex adhibuit obstetrices, vel medicos, qui dicant san-
 Qd mulierem non esse prægnātem excusandus est judex in syndicatu, *Paris in verb. tortura, cap. 5. nu. 1. fol. 328.*

74 Nam obstetricibus, & medico
 44 maximè a publico salario credendum est, *Bart. in l. 1. per illum text. C. de pondera, & auri illatio, lib. 10. Boer. dec. 223. n. 24. pur. 2.* idè obstetrici, & mendico salario a publico dicenti mulierem non esse prægnantem creditur, tanquam in arte peritis *l. si quis decurio, C. de falsis, Luc. de Penna in l. curiosi, C. de curiosis lib. 12. l. rem non nomam, C. de judic. Anna in sing. 333.* sed si ipsa mulier fecit abortum, ob torturam illatam ob malam relationem, aut propter ipsorum in-

peritiam, tenentur ipsi argum. *l. illicitas, §. sicuti ff. de offic. præf. Boss. in sua pract. crim. in tit. de falsis n. 130. & 131. institut. de l. Aquil. §. imperitia,* nam si medicus fuerit imperitus, cujus culpa mulier fecit abortum ob illatam torturam, esset in culpa, culpa namque est immisceri se rei ad se non pertinenti, *l. si quis fundum, §. celsus, ff. locat. Dym. in regula non est sine culpa, de reg. jur. in 6. Angel. Aret. in §. si judex de oblig. quod ex quasi delict. nasc. num. 1.*

45 Judicare mulierem esse prægnantem est periculosum, & nimis fallax. *Hippocr. & Gal. 5. Aphor. 41. & 51. & 2. Epid. Sect. 2. text. 34. & alibi, & Avicen. sen. 4. l. 3. cap. 5. & sen. 21. tertii libri capite 11.* probabilia, & non demonstrativa, gravidationis tradiderint indicia, idcirco medici, & obstetrices, ab hac relatione, & fide debent se abstinere, cum sit valde periculosum, & fallax judicium.

Et si contingerit appellari etiam
 46 a cominata tortura, est per judicem supersedendum cum sit actus irrettractabilis, *Niger in cap. Regni si justè, in rubr. de appellat. a torm. n. 34. Anna alleg. 82. num. 6.* nec judex debet tali periculo se submittere, secundum eundem, *Nigrum in dicto allegato cap. Regni si justè, n. 39. Guid. Pap. dec.*

74.n.1. *Clar. in sua pract. crim. in quest. 64. vers. sed quid agendum, Carav. in ritu 259. nu. 10.*

Et appellatione pendente non est deveniendum ad torturam, *Bald. in l. si quis provocatione, C. de appellat. August. ad Angel. de malefic. in verb. fama publica, nam. 100. Et idem Angel. in verb. presente dicto Cajo n. 29. & illata tortura, reus non potest recuperare ossa fracta, & detrimentum membrorum, & fractionem, ut dicit Niger in dicto cirato cap. Regni nu. 15. Clar. in quest. 64. vers. iste ex autem. Nam si legitime torquetur reus legitimo modo, & moritur in tortura, non tenetur officialis, *Boss. in tit. de indic. Et confid. ante torcuram n. 26. & quot vicibus reus possit torqueri, vide Clar. in qu. 64. vers. ultimo videndam, Et vers. multi enim innocentes.**

47 Nam quando officialis excedit modum in torquendo, tenetur in syndicatu, *Barr. in l. questionis motum, ff. de qu. Mars. in sua pract. crim. §. expedita n. 89. in fin.*

Et si reus moreretur in torturam immoderatam, tenetur de homicidio, *Clar. in sua pract. crim. quest. 64. vers. iudex autem, tenetur etiam iudex, quando ligatus reus ad cordam cecidit in terram, & fregit brachium, vel tibiam, Mars. in sua pract. crim. in expedi-*

ta, n. 30. & tenetur de culpa, Paul. de Castr. in l. si ut certo, §. nunc videndum, ff. commod. cum debebat, adhibere peritos in arte ad torquendum, glos. in auth. de non alienandis, §. quod autem in verb. mechanicis, glos. in cap. ex literis de frigidis, Et malefic. in verb. medicorum malum elegit legatorem ad torturam inferendam tenetur, de culpa, §. 1. instit. de obligat. que ex quasi delicto nascuntur, Bald. in §. proficisci, n. 31. ff. de off. proconsul. & imperito consultore utendo, in huiusmodi torturæ exercitio iudex potest puniri, ut in simili dicit Menoch. in tit. de arbitr. jud. lib. 2. cent. 4. casu 339. n. 16. ubi iudex sequendo imperiti consilium punitur, & quando officialis vult inferre torturam reo, debet præfatum reum prius interrogare per extensum de veritate dicenda tribus vicibus de præfato delicto, de quo reus inquiritur, si perpetravit, & si negaverit, in tertia, vice, ut in simili dicit Gram. in cons. 54. n. 8. per tres vices vincitur.

48 Et reus debet generaliter interrogari de veritate dicenda, & non specialiter quia esset suggestio, *Gramat. in voto 34. n. 12. & visa pertinacia fit decretum torturæ, Foll. in sua pract. crim. in rub. rei indurati torqueantur n. 1.*

De-

Debet iudex facere infra-
scriptum decretum .

In Dei nomine Amen . Per
curiam visis actis, ac citrà confessa-
torum, & probatorum, & mendacii,
& variationum, fuit provisum,
quod superscriptus talibus in-
quisitus pro crimine tali, torqueatur
tormento cordæ, ad sciendum com-
plices, & fautores, & alias delicti
qualitates, prout torqueri manda-
tur, & subscribatur in forma .

Advertendum est, quod ad tol-
lendam appositionem forte inter-
ponendam, quando reus pendet in
tortura suspensus, tunc fit decre-
tum præfatum, quoniam si ante-
quam fieret decretum, & reus ap-
pellasset, esset supersedendum in
tortura .

Actus autem torturæ inferendæ
debet esse subscripti tenoris .

Pro executione præinserti de-
creti, per Curiam prolata talis in-
quisitus ductus ante præsentiam
capitanei, sive talis iudicis in pa-
latio Curie, in quo corda dari, &
inferri solet, fuit ordinatum tali
ligatori experto in exercitio præ-
fato quod bene accomodare debeat
funiculum cordæ, ne succedat
aliquod detrimentum membrorum
dicti inquisiti, & dum dictus liga-
tor retulit ipsi Curie benè, ac re-
ctè funiculum cordæ accomodasse
in loco solito, fuit eidem præfato

ligatori, ordinatum eundem in-
quisitum spoliari, & ligari ad funi-
culum cordæ, recteque debeat ejus
brachia post terga more solito,
consueto, & convenienti adaptari .

Et si forte succederet aliqua
membridebilitatio, seu deformitas,
imputeretur dicto ligatori, & facta
relatione per eundem ligatorem
ipsi Curie, benè accomodasse, &
brachia rectè ligasse . Fuit iussum
suspendi ad corda .

Et unico contextu ponitur am-
pollecta supra brachium juris, &
interrogatur reus in tortura pen-
dens a iudice, *dì la verità del del-
itto commesso di fatto, o Omici-
dio commesso in persona del tale,*
aut aliud delictum .

Et reus debet generaliter inter-
rogari de veritate dicenda, & non
specialiter, quia esset suggestio, ut
dixi supra n. 48. & omnia verba,
strepitus, & singultus scribantur
per Actuarium a verbo ad ver-
bum .

In qua tortura inferēda non de-
bet intervenire Baro inquisiti vas-
salli ob terrorem, & præsentiam,
& merum ipsius præsentis Baronis
præsentiam Baronis præsumitur
violentiam, & metum fieri facilius
*l. ad invidiam, C. quod metus
caussa .*

Ne litiges cum homine potente,
ne fortè incidas in manus illius, ut

in

in ecclesiastico *cap. 8. non ligites*,
Affl. in constit. sancimus, de jure
promot. §. 5. n. 4. metus namque
 probatur ex cōjecturis, *Anna alleg.*
114. n. 1. l. quæsitum, ff. ad turpell.
Alber. in l. metum, C. de his qui
per metum, metus esset probabi-
 liter, *l. certe, Cod. quod met. caus-*
sa, Gramat. in cons. crim. 31. n. 31.

Et tortura incipi debet, si sunt
 plures rei torquendi a timidiore,
Paris de Put. in tr. de syn. in verb.
tortura, l. 2. c. 2. n. 3. & si reus per-
 severaverit in tortura in negando,
 si stetit in tortura pro tempore,
 prout judici justum videbitur, pro
 modo judicorum, & compleffione
 rei, & qualitate causæ, nec debet
 damnare animam suam officialis,
 imò æquitatem debet observare,
 juxta *rex. in l. placuit C. de judic.*
 debet ligatori ordinare, ut discen-
 dere faciat reum a tortura, & dis-
 ligare, & bene accomodari face-
 re brachia, gubernari facere, &
 similiter Actuarius scribat actum
 præfatum.

50 Sed si reus confitetur in tortura
 delictum, debet illicò eum discen-
 dere facere a tortura, & ipsam con-
 fessionem per extensum scribi fa-
 cere in processu, & reponi reum
 separatim ab aliis carceratis, & die
 sequenti debet facere ratificatio-
 nem, *Clar. in sua præct. crim. in*
q. 64. vers. Et circa, & in quo loco

est facienda ratificatio præfata,
Clar. in q. 64. vers. debet quoq; &
 si non ratificavit, potest iterum tor-
 queri, *Clar. in sua præct. crim. in*
q. 64. vers. ubi vero reus Et in q.
21. vers. ulterius quero.

51 Et facta præfata ratificatione,
 est dandus terminus adversus con-
 fessionem, & ratificationem reo ad
 se defendendum, *Salic. l. 2. C. de*
custodia reorum Afflic. in const.
super incisionibus n. 27. & in con-
stit. si damna n. 4. l. 3. §. si a diem
ff. de re militari, l. si non defendan-
tur. ff. de panis.

52 Quo termino elapso si reus ni-
 hil produxit, remanet vera confes-
 sio, & propterea in talibus causis
 criminalibus judex debet ordina-
 riè procedere, cum omiffio ordi-
 nis judicarii reddat processum nul-
 lum, *glos. in auth. offeratur, C.*
de litis contestatione. Hyppol. de
Mars. in sing. 256. incip. eadem
ratio.

Et judex non servans ordinem,
 dicitur injustum facere, *Angel. in*
l. 1. ff. ne quis eum, in verb. ubi
autem quinimò Partes non pos-
 sunt remittere ordinem præfatum,
 ut habetur in *l. 2. §. sed quia vere-*
mur. C. de juram. calum. Et in auth.
offeratur. C. de litis contestatione,
 & ideo officiales non observans ju-
 ris ordinem tenetur in syndicatu.

A D G A P. III.

Addit. Leon. Ricc.

SUMMARIUM.

- 1 Tortura, ut inferri possit, quatuor procedere debent requisita, quæ sint?

UT Reus torqueri possit, hæc præcedere debent.

Primo, ut legitima, & sufficientia inditia adsint.

Secundò, ut in processu constet de corpore delicti.

Tertiò, ut his sit prius contestata cum reo data copia repertorum, & datis defensionibus, & ut testes Curia finit repetiti audito Reo, ad videndum juramenta eorum.

Quarto, ut processus sit publicatus.

Limitationes autem hujus generalis regulæ habentur apud Scia-
loyam in prax. torquendi Reos c.
6. num. 50.

SUMMARIUM.

- 53 Carcerans non justificata causa legitima carcerationis syndicator de indebito carceratione, & carcerans injuriantem verbaliter absq; libello, syndicator de indebito carcere, &c.
- 54 Procedens ex officio in casibus, in quibus requiritur quærela Partis, tenetur in syndicatu;

& qui sint isti casus?

- 55 Citans injustè ad informandum, vel non admittens absentiam citati tenetur in syndicatu.
- 56 Inquirendo injustè tenetur ad interesse etiã Curia coadjutor.
- 57 Captura fieri potest ex leodis indicis; quando qualitas persone, & atrocitas criminis suadeant, sed non est committenda Parti.
- 58 Filius pro debito Patris carcerari non potest, nec liquidari instrumentum post 20. annum, nisi pro tertiis, nec post incusari obligatio penes acta post decem annos.
- 59 Nec instrumentum stipulatum per Notarium vassillum.
- 60 Nec Baro, & Evarius Baroni carcerare, nec jurisdictionem exercere, secus in Lombardia. Nec per primam obligationem quando adest secunda, aliàs tenetur in syndicatu.
- 61 Carceratio pro modico tempore excusat officialem a syndicatu, sed non in totum, sed solum minoratur pena.
- 62 Pœna carcerationis pro modico tempore etiã respectu testium.
- 63 Testis convictus quando potest detineri carceratus, & quando non?
- 64 Carceratio debet esse conveniens qualitatis personarũ, & delicti.

- 65 *Carceratus cum ignominia cum ferris, manettis, & catena in collo, quando mitti, & detineri potest, & quando non?*
- 66 *Carceratis, quod nemo loquatur, post defensiones prohiberi non potest; & Nobilis in carcere furoso, & mulier honesta carcerari non potest.*
- 67 *Injuria subditos punitur pœna privationis officii, & tertiae partis honorum; & captura, nec alius actus fieri potest absque consilio Consultoris.*
- 68 *Auxilium in capienda malefactorum, quando præstari debet etiam a Nobile.*
- 69 *Familiam petenti pro carcerando contumace, si officialis non concedit, tenetur in syndicato.*
- 70 *Injuriare, ac verberare tamultuantes, quando Judex potest, & quando non?*
- 71 *Perquirens furta in domibus suspectorum, non tenetur in syndicato.*
- 72 *Veritatem enim delicti ad judicem spectat invenire.*
- 73 *Visitare carceres debet singulis diebus festivis, alias punitur de negligentia.*
- 74 *Iracundiæ calor non excusat officialem ab excessu factò.*

C A P. IV.

Disputatio querele indebiti carceris carcerationis, & injuriarum contra syndicandum officialem in syndicato.

Officialis carcerans aliquam injustè non justificata causa legitima. carcerationis tenetur in syndicato de indebito carcere, & de injuria, *Mars. in sua pract. crim. in §. successive num. 4.*

Nam si procedit ad querelam partis in actione injuriarum verbalium, in quo casu absq; libello procedere non potest ut dicit *Carav. in ritu 311. num. 7.* & carceraret istum injuriantem, tenetur in syndicato de indebito carcere, ac de injuria.

Et si procederet ex officio in casibus, in quibus ex officio procedere non posset, tenetur in syndicato, nam in omnibus illis casibus, in quibus reo venit imponenda pœna mortis naturalis, vel civilis deportationis, abscissionis membri, posset ex officio procedere, *cap. Regni ut delatas, rubr. de non procedendo ex officio, Niger. in cap. subjungendo, in rubr. de criminibus, n. 29. Carav. in ritu 203. n. 2. Niger in cap. Regni ab illo inchoandū in rubr. de inquis.*

Sed quando delictum est notorium etiam infra casus præfatos

potest ex officio procedere, *Niger in cap. ad hoc, de furtis num. 138.* & in causa adulterii, etiam cum sit pœna mortis, ut in *l. quamvis l. 2. C. de adulteriis*, non potest ex officio procedi, sed ad querelam, ne matrimonia sedantur, ut in *l. quamvis adulterii, C. de adul. in verb. tamen*; ne violentibus temerè liceat fœdare connubia *glos. ibi, in ver. fœdare connubia, Gramat. dec. 31. Vinc. de Franc. decis. 240. nu. 4. Guid. Papa dec. 446.*

Sed absque querela in delicto adulterii notorii potest ex officio procedi, potestque procedi in injuriis factis viduis, pupillis, & ecclesiasticis personis, ut dicit capitulum Regni de injuriis, *rubr. de offens. violent. & injur. in latis relig. vid. pauper. & eccles. Caravit. in ritu 63. nu. 2.*

Et procedens officialis in casibus, in quibus ex officio procedere non possit, tenetur actione injuriarum, ac de indebito carcere, & ad expensas etiam curiæ coadjutor, *Anna in sing. 77. qualitatē, & conditionem personarum, Latroccem, C. de injur. & ibi glosa, §. atrox, insit. ut. eod. tit. l. si inferiorum, ff. eod. tit. l. injuriarum, §. seq. ff. eod. tit. Angel. de malef. in tit. de injuriis, num. 32.*

Quinimodò non potest judex citare non citandum ad informan-

55 dum injustè *Gramat. dec. 60. n. 20. & 21. Niger in cap. Regni subditorum, in rubr. de violen. nu. 128. in fin.*

Et tenetur admittere absentiam citari, si fuit citatus, *Caravita in ritu 269. n. 24.*

Etiam in causa civili quando officialis nullo juris ordine servato ad carcerationem procedit personæ, vel executionem bonorum, tenetur in syndicatu arbitrio judicatis, pœna debet correspondere delicto, *Hippol. de Mars. in cons. 6. n. 13. & in cons. 30. n. 12. Deuter. c. 25. justa mensura delicti erit plagarum modus Anna alleg. 19. n. 12. Guid. Papa decis. 324. Foller. in sua pract. crim. in rubr. & si confitebantur n. 32. Paris in verb. captura, n. 1. 5. & 7. Mer. in sua pract. crim. §. constante n. 94. August. ad Angel. de malef. in verb. hæc est quoad inquisitio, n. 82. & procedens injustè, & calumniosè tenetur, *l. Julia de vi publica, Menoch. in tract. de arbitr. jud. casu 394. num. 88. cen. 4. lib. 2.**

Inquirendo in causa criminali, 56 potest criminaliter puniri, & tenetur ad interessè etiam Curie coadjutor, *Anna in sing. 97. & tenetur ad expensas, idem Mars. in §. superest, n. 8. & 9. Paris de Put. in tract. de syndic. in verb. inquisitio, Bull. in auctoritate generaliter,*

ter, C. de episc. & cler. Niger in c. subditorū n. 128. in rubr. de violentis, in auth. sed hodie, C. eod. tit. in verb. in duplum, l. sancimus, C. de condit. ob turpem causam, Niger in cap. Regni item statuimus, in rubr. de syndic. nu. 33.

Et detinendo aliquem carcera- tum calumniosè, potest puniri criminaliter, & tenetur ad interesse, Ained. Justin. in suo tract. de synd. n. 139. glos. in l. 2. §. simili modo ff. si quis caut. Gramat. dec. 40. n. 12. & 13. Bald. in l. non ignorat, C. de fruct. & lit. expensis Marsf. in sua pract. crim. §. constante n. 94. immo etiam curiæ coadjutor, Anna in sing. 94. Cappella Tholos. & ibidem addentes in quest. 6.

57 Et licet officialis possit deveni- re ad capturam inquisiti de facili, & levibus inditiis, Salic. in l. nul- lus, C. de exhib. reorum, Boff. in tit. de consideratione ante tortu- ram, n. 203. in addit. & in alia ad- dit. n. 161. fol. 106. Niger in cap. Regni subditorum, n. 127. Foll. in sua pract. crim. in rubr. studeat se ornare, num. 58. Gramat. in conf. crim. 30. n. 9. & in conf. 51. Carav. in ritu 39. Marsf. in sua pract. crim. in §. constante n. 2. & 3.

Tamen hæc habent locum quã- do causæ, & qualitas personæ, & atrocitas criminis faudeant, nam quando officialis de jure potest

devenire ad capturam etiam ci- tatione pendente, ac termino ipsius, Clarus in sua pract. crim. in quest. 31. vers. ultimo quæro.

Quæ captura non est Parti committenda ad evadendum scan- dala, & alia inconvenientia, quæ possunt oriri. Clarus in sua pract. crim. in qu. 28. vers. solet, judi- cium in manus Partium non est committendum, l. unica, C. ne quis in sua causâ judicet, vel jus sibi dicat. Foller. in sua pract. crim. in sua pract. crim. in verb. notatus capiat n. 14.

Nemò igitur injustè potest car- cerari, pragmatica innolevit in tit. de custod. eorum, in tantum hoc est verum, & in jure funda- tum, quod injustè carceratus po- test carceres francere, & custodes vulnerare impunè, Vivius decis. 201. Gramat. in conf. crim. 51. nu. 7. Luca de Penna in l. prohibetur ff. de jure Fisci Paris in tract. de synd. in vers. carceratus, n. 7. cap. 2.

Nec potest debitoris filius car- cerari vigore instrumenti stipulati contra ejus partem defunctum, 58 cum ordinariè sit procedendum, & citandus est prius ad declaran- dum, si est hæres, Bald. in l. per diversas, C. mand. Carav. in ritu 178. n. 5.

Nec potest debitor carcerari vigore instrumenti liquidati post

vigesimum annum, *Vincent. dec.*
 341. 2. volum. *Carav. in ritu* 128.
 n. 4. sc̄cus est pro tertiis decursis,
 quia potest liquidari, ita observari
 in Sacro Regio Consilio dixit
Nuntius Tartaglia in praxi re-
rum civilium M.C. Van cap. 1. n. 9.

Nec virtute obligationis stipu-
 latæ post decem annos, quia est
 ordinariè procedendum, & non
 potest incusari, & exequi, *Caravi-*
ta in ritu 128. num. 4.

59 Nec vigore stipulati instrumen-
 ti per Notarium vasallum in fa-
 vorem Baronis, *Vincent. de Franc.*
dec. 118. in 1. vol. Anna sing. 244.

Nec potest Ararius Baronis
 vasallos carcerare, cum habeat
 60 jurisdictionem officialis ordina-
 rius, seu locumtenentes ipsius, nec
 Baro cum non possit exercere ju-
 risdictionem, *pragmatica 8. in ru-*
bric. de Baron. Foll. in sua pract.
crim. in fragm. n. 27. sc̄cus est in
 partibus Lombardiæ, ubi Barones
 possunt exercere merum, ac mi-
 stum imperium, *Cappella Theos.*
q. 443. Et ibi addentes, in verb. ho-
die verum esse, vers. fallit. etiam
hodie.

Neque debitor potest carcera-
 ri, vigore nullius obligationis sti-
 pulatæ cum nullum producat ef-
 fectum, *Vant. in tract. in rubr. de*
nullitatibus infra quod tempus
n. 53. ubi nullus contractus habe-

tur pro non facto, l. 4. §. *condem-*
natum, ff. de re jud.

Et licet de eodemmet debito
 inter easdem personas sit alia
 obligatio valida, per secundam
 obligationem censetur prima obli-
 gatio cassâ per novationem indu-
 cta, *glos. in l. fin. vers. quid enim,*
C. de novat. l. Valerianus, ff. de
prætor. stipulat. cum innovatio sit
 facta expressa, *Vincent. dec. 15. in*
1. volum.

Et propterea carcerari non po-
 test, & procedens officialis in om-
 nibus casibus enumeratis tenetur
 in syndicatu de indebito carcere;
 ac de injuria, & ad expensas, &
 interessè.

Non potest tueri officialis, quod
 61 detinuit carceratum aliquem pro
 modico tempore, aut pro causâ
 civili indebitè, aut pro causâ cri-
 minali injustè, dum paucum tem-
 pus non sit in consideratione, no-
 tat *Affl. decis. 317. cum de parvis*
non sit syndicanus, Bald. in l. pro-
fiscisci, q. 33. ff. de off. pro consulis.
Paris de Pur. in tract. de synd. in
verb. iudices, ad syndicatum, c. 2.
num. 23. de modicis non est nullo
 modo curandum, l. scio, & *glos.*
in verb. sic notat. ff. de restitut. in
integrum. Baldus in l. quamvis,
ff. de condit. & demonstr. cap. 1. §. 1.
de investit. inter dominum, & vas-
sallum, Mars. in sua pract. crim.

§. Et

§. *Et quia*, num. 7. ubi dicit .

Quod iudex non est syndican-
dus pro minimo , & in ore rusti-
corum semper est locutio , quod
officialis potest detinere carcera-
tum quemlibet etiam injustè per
horas 34.

Nihilominus officialis pro par-
vo est syndicanus cum grava-
men committatur , tam in parvo,
quam in magno, *cap. de appellatio-
nibus extrà de appellat. Et ibi glos.*
*Et pœna istius modicæ carceratio-
nis debet correspondere delicto
prefato. Caravita ritu 71. nu. 3.*
*l. si fugitivi, C. de serv. fugit. Rota
Avenion. dec. 145. num. 2. Hyppin
conf. 6. n. 13. Et conf. 30. n. 12. Ire-
spiciendum, ff. de pœnis, glos. in cap.
non afferamus in verb. sceleratus
24. q. 1. auth. omnes peregrini, C.
communis de successibus , ubi
pœna est commensuranda delicto,
Deuterono. c. 235. juxta mensuram
delicti erit plagarum modus .*

Ideo de anno 1667. in syndica-
62 tu U. J. D. Jo: Dominici de Sese
Capitanei Carbonariæ Provinciæ
Principatus Ultra , providi, quod
pro indebito modico tempore car-
cerationis , carcer cederet in pœ-
nam prædicto syndicando, & con-
demnavi eum ad interessè passum
liquidandum occasione indebiti
carceris , & carcerationis .

Et carcer indebitus potest com-

mitti, non solum respectu principa-
lis inquisiti, sed etiam respectu te-
stium, quando indebitè detrudun-
tur in carceribus, ut faciunt officia-
les fiscales, & potissimum quando
convincuntur de auditu ab aliis
testibus, ut in delicto blasphemiæ,
cum sensus auditus sit multum fal-
lax, ut experientia docet, *Clar. in
sua præct. crim. quæst. 21. vers. sed
quis si testis*, cum testis nec potuit
audire blasphemiam, & nec adver-
tere per auditus sensum, *Gramat.
in conf. crim. 19. n. 2.*

63 Et licet testis possit convinci per
alios testes numero plures, *Clarus
in §. falsum , vers. convincitur*,
tamen potest convinci, quod fuit
præsens tempore blasphemiæ, sed
non potest convinci, quod vere in-
tellexit blasphemiam prædictam
cum sensus auditus sit multum
fallax , & periculosus , nam testes
possunt cogi ad deponendum testi-
monium veritatis. *Foll. in sua præ-
ct. crim. fol. 121. canon. n. 143.*
*Theaur. dec. pedum. 420. Et quo-
modo puniantur . Foller. in sua
præct. crim. in verb. capiat infor-
mationem n. 72. Clarus in quæst.
24. vers. successive .*

Et carcerando officiales testes
quos allegat in contestes onus te-
stis curiæ, seu fisci, teneretur in
syndicatu detinendo ipsos testes
carceratos per multum temporis
spa-

spatium, quoniam debent convinci per alios testes numero plures, vel quod concurrant, alia adminicula, & præsumptiones, quod verisimiliter testes ipsi sciant veritatem facti.

Et tanto magis teneretur officialis in syndicatu (quando detinuerit testes nobiles in carcere subterraneo, fætofo, in quo plebei carcerantur) & nobiles carcerari non debent in tali carcere, *Vincent. de Anna in sing. 357. nec testes senes, aut infirmi, Ozascus dec. 123. cum nobiles sine detinendi in comediori loco. Bayar. ad Cla. in quest. 46.*

64 Carceratio autem debet esse
conveniens qualitati personarum, & delicto etiam respectu testium, *l. 1. ff. de cust. reorum carcer datur ad custodiam, & non ad pœnam l. aut damnam, §. solent, ff. de pœn. l. 1. c. de cust. reorum, gloss. in verb. cruciatio desit nisi in casu, & cap. quavis de pœn. in 6. Mar. in sing. 93.*

65 Prohibitum est aliquem diu carceribus macerari, & tenetur officialis de indebito carcere, & injuria in syndicatu, etiam mittendo aliquem carceratum cum ignominia cum ferris manettis, vel cathena in collo, *Carav. in ritu. 235. nu. 9. ubi Regens M. C. V. fuit officio privatus, ex quo Clericum remisit, cum ignominia carceratum.*

Nam tunc posset officialis detinere cum cippis, manettis, vel cathena in collo, quando esset crimen capitale, & gravissimum, secus si non esset grave, tunc sufficit eum ponere in carcere, *l. 1. §. fin. & l. si confessus, l. divus, ff. de cust. reorum. Amend. Justin. in suo tract. de syn. n. 251. vers. item non tenetur si captum pro crimine est confessum.*

Et nihil interest, si officialis indebitè aliquem carcerari faciat, quoniam ipse tenetur; cum quis per alium facit, quod per se ipsum facere videtur, *l. 1. §. & ideo, & §. omnia enim C. de ver. jur. enucl. 94. dist. c. 1. Carav. in ritu 47. n. 7.*

66 Quando etiam prohibet officialis quod nemo loquitur carcerato sub pœna, post defensionem datas, teneretur in syndicatu, *Capibl. in comment. prag. 14. in rubr. de Barron. n. 39. quoniam teneretur a actione injuriarum tamquam injustum faciens, l. injuriarum, §. idem labeo, & §. seq. ff. de injur.*

Sed si officialis carceraret, etiam nobiles pro rubaria, & furto in carcere fætofo, subterraneo, non tenetur in syndicatu, *l. judices C. de dignitat. lib. 10. nam faceret perdere privilegium nobilitatis. Gramat. voto 3. n. 8. Bocard. ad Clar. in q. 68. nam honor non est obser-*

van-

vandus, & qui suum honorem parvipendet, *l. senatoris, ff. de ritu nupt.*

Et privilegio privari debet, qui sibi concessa abutitur potestate, *-cap. privilegium 11. q. 3. glosa in verb. perditur privilegium. Maranta in conf. 25. n. 39.*

Caveat etiam judex carcerare mulierem honestam, nam ultra periculum vitæ officialis tenetur in syndicato, si injustè, & indebitè carceraverit, puniretur, *auth. novo jure, C. de cust. reorum, l. nemo carcerem, C. de exact. tribu. lib. 10. sequitur Jason in l. fin. n. 5. C. de jure emphiteutico, Bart. in tract. de carceribus ubi dicit, quod judex carcerans mulierem honestam punitur pœna capitis.*

67 Non licet magistratibus injuriare subditos, *l. nec magistratibus, ff. de injur.* debetque puniri pœna constitutionis Regni, quæ incipit: *Eos tantum, §. fin. in rubr. de repuls. official.* & pœna eorum excess. qua cavetur, quod quando officialis facit injuriam subdito, punitur tercia parte bonorum, & efficitur infamis, & officio privatur, & nunquam potest ulterius ad aliquod officium aspirare, licet subditus sit vilis.

Non potest officialis idiota absq; consilio judicis, & assessoris procedere ad capturam, ut dicit *Niger*,

in cap. Regni statuimus ut nullus, n. 5. & 6. in rubr. ut nullus officialis capiat aliquem de persona.

Nec potest citare ad informandum, neque nullum actum facere, tam in causa civili, quam criminali, absq; consilio consultoris, & fuit novissimè confirmatum per Illustrissimum, & Excellentissimum Dominum Proregem Dominum Comitem Beneventi, per Regiam Pragmaticam editam sub die 5. Februarii 1610. tam in causis civilibus, quam criminalibus, sub pœna, ut in dicta Regis Pragmatica.

Quoniam ex ista illicita, & injusta captura, officialis teneretur pœna arbitrio judicis inspecta qualitate personæ, temporis, & loci actione injuriarum, *l. atrocem, C. de injur. & ibi glosa.*

Quamvis omnes teneantur in hujusmodi captura obedire officiali etiam pro captura malefactoris, *Maranta in conf. 31. Niger in cap. Regni incip. In nomine Domini, in rubr. quid fiet mortuo Barone, in fin.*

Nam obedientia in tribus consistit. Primò in reverentia exhibenda, *Carav. in ritu 5. n. 12.* Secundò, in mandato suscipiendo. Tertio, in judicio subeundo, in quibus officialis est obediendum, & obedire tenemur ei, *Affl. dec. 150.*

P

NUM.

n. 20. l. 1. ff. de just. & jur. idcirco dicendo officiali, *al sindacato r' aspetto*, potest puniri pro istis verbis *Scaglian. in ritu* 291. n. 6. vidi de hoc multos molestari.

68 Sed quando officialis mandat alicui Nobili, ut capiat malefactorem, si vires ipsius officialis, & ejus familiæ non sufficerent, licet nobilis possit opponere, quod qualitas ipsius non patitur malefactorem capere, impossibile est ac reputatur, quod salva honestate fieri non potest, *Jo: Vinc. de Anna alleg.* 137. n. 2. nec dicitur potest, qui non honeste potest, *l. filius, ff. de condit. & institut.*

Tamen tunc Nobilis tenetur, quando verisimiliter vires ipsius Nobilis sint sufficientes ad capiendum malefactorem, qui sit valde grassator viarum, aut maleficus absq; periculo suæ vitæ, cum nemo teneatur suam vitam periculose exponere, cum anima, & vitæ cunctis rebus sint præferendæ, *l. sancimus, C. de episc. & cler. & tunc teneretur capere malefactorem, Foller. in sua pract. crim. in verb. notatus capiat de persona n. 11.* immò unus judex tenetur præstare adiutorium alteri judici pro capiendo malefactore, etiam per litteras. *Foller. ubi supra nu. 13.*

Nam si vires officialis, & ejus familiæ sufficerent ad malefacto-

rem capiendum, Nobilis non teneretur præstare auxilium, & officialis teneretur in syndicatu actione injuriarum, & tanto magis, quando fuerit simplex contumax capiendus.

69 Et si pars petat familiam ab officiali curiæ ad capiendum contumacem, non præstans familiam teneretur in syndicatu, *Niger in c. Regni subditorum, num. 130.*

Secus esset, si non esset contumax, quia tunc non dando parti familiam Curia non teneretur in syndicatu, & in istis terminis est obediendum officiali, *l. 1. ff. si quis jud. non obtemperav. propter autem judicis, Dyn. in regula quod quis de Reg. jur. in 6. num. 7.* secus est in his, quæ sunt contra legem, *Guid. Pap. dec. 293. Cappella Theol. dec. 267.*

Nam quando officialis hoc faceret zelo justitiæ pro puniendis malefactoribus, non ut odium exerceatur, sed ut pravitas corrigatur malefactoris, est permittum officiali *23. q. 4. cap. mali sunt in vers. ex his omnibus colligi potest,* licet aliter dicat, *Mars. in sua pract. crim. in §. si successive, num. 5. & 6.* quod non excusatur a pena illiciti, etiam quod illa res illicita tendat ad bonum finem.

70 Et si officialis viderit rixantes, seu tumultuantes, & judex ad seden-

stendam pacem verberaverit, aut injuriaverit tumultuantes zelo pacis, & justitiæ, non tenetur in syndicatu, *Paris de Put. in suo tract. de syndic. in verb. negligentia, cap. 6. num. 7.* quinimò in isto casu officialis potest uti cons. status, prout tititur Rex in causis arduis, *The-saurus dec. pedem. 87. in fin.*

Ad evadendum populi tumultum, & ad tollendam seditionem rixantium, & tumultum officialis namq; debet suam provinciam purgare, & extirpare istos delinquentes, & malefactores seditiosos, *l. 3. ff. de offic. præsidis l. congruit eod. tit.*

71 Et debet punire tumultuantes, quamvis reducat ipsos ad pacem, *Boss. in tit. de pace, num. 30.* & propterea officialis, quando accedit ad perquirendum furta, in

72 domibus suspectorum, non tenetur in syndicatu, *Clarus in §. furtum in vers. quero nunquid, in pract. crim. cum juris executio non faciat injuriam, l. injuriarum, §. que jure potestatis, ff. de injur. glos. in dicta l. §. is qui jure publico in verbo executio, l. quemadmodum, §. magistratus. ff. ad l. Aquil. cum teneatur punire malefactores, l. sancio. ff. de pen. Angel. de malef. in sua pract. crim. in verb. de furtibus, & latronibus, circa fin. & idem in rubr. de furtibus, la-*

tronibus, & latronibus nu. 32.
73 Ad judicem spectat invenire veritatem delicti; *Paulus de Castro in cons. 295.* & ipse pro perquirenda veritate debet attendere, quod est verisimile, *Aret. in cons. 9. colum. 2. Vinc. de Franchis dec. 153. num. 5. & 6. in 1. volum.*

Nam si officialis præfata faciat zelo justitiæ, excusatur in syndicatu, etiam perquirendo in domibus justorum. Nam injustum zelo justitiæ faciendæ, excusatur, licet *Mars. in sua pract. crim. in §. successive num. 1. & 6.* aliter dicat, quod non excusatur, aliter dicit *Niger in c. Regni si justè, in rubr. de appellat. a tormentis, nu. 22.*

74 Debetque officialis providere, & visitare omni die festivo carceres, an aliquid desit, & providere carceratis de alimentis, & si fuerit negligens in hoc puniretur, *judices C. de episc. audient. glosa in c. pasce, 80. dist. verb. occidisti. Paris de Put. in tract. de synd. in verb. condemnatio cap. 2. num. 3.*

75 Non potest syndicanus tueri quod fecit aliquid excessus in carcerando calore iracundiæ, vel aliquem injurandum, vel simile cum parum profit hujusmodi defensio, & excusatio, nam poenitentia non excusat *Menoch. in tract. de arbitr. jud. casu 342. centuria 4. n. 31.* post carcerationem factam, *Clar.*

in sua pract. crim. in quest. 60. ver. est etiam, & in quest. 16. vers. itē guero. Cappellu Tholosana decis. 409. item Titias. Mantua cons. 77. lib. 2. Clar. in sua pract. crim. in §. injuria vers. sed pone.

A D C A P. IV.

Addit. Leonard. Ricc.

S U M M A R I U M.

1. Carceratio arbitraria est judici.
2. Arbitrium carcerandi, quo modo regulandum est.
3. Carceratio indistinctè fieri potest, quando agitur de delicto, pro quo potest torqueri Reus. & adsunt indicia ad torturam.
4. Decretum Citetur, & capiatur, & decretum Citetur tantum, quid differant.
5. Judex injustè carcerans, quando excusatur a pœna.
6. Non tenetur in syndicato, si aliquem carceravit pro immedica pœna; & seq. num. 7.

1. **L**icet in Regno per pragmat. de custod. Reor. statuatur non esse carcerandum inquisitum, nisi incipiat constare de delicto, tamen dicta pragmatica non servatur, quia Judicis arbitrio remittitur, quando velit ad capturam procedere inspecta qualitate delicti, & persona delinquentis. Scialoja in praxi torquend. cap. 2. n. 14. fol. 8. ex Bajard. ad Clar. quest. 28. §. fin.

num. 16. Guazzin. defens. 4. cap. 5. num. 7. Baltas. de Angelis rubric. notatos capiat de persona nu. 113. Carav. Rit. 39. num. 10.

2. Regulandum itaque est dictum arbitrium carcerandi.

A qualitate delicti, ut sit delictum, in quo venit imponenda pœna ultra Relegationem, & prius constet de delicto, nam antequam constet de delicto, vel si puniendus veniret citra Relegationem, esset injustitia carcerare inquisitum de facto, sed indicis ad torturam sufficientibus rit. M.C.V. 41. debet citari juris ordine, alias Judex punitur de indebita carceratione pœna arbitraria a cione injuriarum, & a cione in factum ad interesse, & ad mediocritatem salarii, Scialoja cap. 2. prax. torquend. per totum, & signanter num. 19. ubi vide.

Item in delictis occultis, & gravibus ex aliquali informatione extrajudiciali, potest asscurari de persona inquisiti suspecti; Scialoja loc. cit. num. cit. num. 7. & 9. ex Clar. §. fin. quest. 28. Reg. de Ponte de potest. Proreges, tit. 1. num. 19. de Angelis ad Foller. rubr. notatos de persona, n. 12. & Foll. n. 1.

Hoc etiam regulatur arbitrium, ex qualitate personæ carcerandæ, nam si est Paterfamilias non suspectus de fuga, debet citari Juris ordine, & non carcerari de facto.

Sed

Sed suspectus de fuga potest carcerari, antequam conitet de delicto, *Scial. num. 13. ex l. ait Praetor, §. si debitorem, ff. qua in fraudem creditorum; Angel. ad Foller. ubi supra, de Ponte loc. cit. nu. 8. Gramm. cons. crim. 55. Guazz. defens. 5. cap. 3.*

Hinc praxis inolevit carcerandi filios familias ex sola suspicione. Nam captura facta absque indicii confirmatur post ex supervenientia indiciorum, *de Agellis ubi supra num. 13.*

3 Notandum indistinctè posse inquisitum de facto absque citatione carcerari, quando adsunt indicia ad torturam, & est delictum, pro quo potest procedi ad torturam; quo casu, si captura non potest de facili fieri, solet iudex interponere decretum, *citerur, & capiatur*, & tunc vigore dicti decreti citatur inquisitus, & pendente termino ad comparandum, si poterit haberi de persona, carceratur. At si expeditur solum citatio ad informandum, postquam Reus fuerit citatus, non potest capi de persona pendente termino ad comparandum.

Pendente enim dilatione officium iudicis conquiescit. Et quicquid fiet pendente dilatione, dicitur attentatum, quod ipso jure est nullum, *l. siue pars; C. de di-*

lat. Marant. in spes. par. 4. distinct. 16. num. 68. Foller. ad Marant. ibi quod sequitur Scialoja loc. cit. c. 2. torqu. Reos in fine.

5 Ex his poterit quisque cognoscere carcerationem justam, vel injustam, & ut clarius sciat, quando iudex potest in syndicatu accusari, & quando non de indebita carceratione. Sciendum est, quod tunc non venit puniendus, nec tenetur ad Damna, Expensas, & Emendas ob carcerationem injustam, & contra ordinem factam in duobus casibus; primo, quando carceravit absque Dolo, non per sordes, neque per vindictam, cum iudex injustè carcerans, tunc punitur, ubi per sordes, vel per vindictam, aut aliam fraudis suspicionem carceravit, *Caball. resolut. crim. 86. Novar. pragm. de custod. Reor. num. 5. quos sequitur Scial. dicto c. 2. torquend. n. 20.*

6 Ubi officialis aliquem carceravit pro modica coertione, non tenetur in syndicatu, *Scial. ubi supra n. 21. & ex Peguer. decis. 87. Novar. pragm. 1. de syndic. n. 10. in fin.*

7 Tertium. Addunt aliqui casum, ut si carceratus cautione praestitit de se praesentando toties quoties censetur approbasse carcerationem injustè passam, ideo non potest de indebita carcere in syn-

syndicato molestari, idem *Scial. loc. cit. n. 2. 2. ex Rovit. pragm. 1. de syndicat. n. 47. Guazzin. defens. 5. cap. 2. n. 7. de Angel. ad Foller. rubric. notatos, c. de persona n. 7.*

Hæc tertia conclusio impugnatur a *Cancer. resol. 2. lib. 2. n. 172. Et lib. 3. resol. 17. n. 205. Farinac. resol. 27. n. 150.*

Et ratio est, quia injustitia, & gravamen jam est illatum a Judice contra injustè carceratum, qui per impressionem, sive carceris oppressionem, involuntariè inducitur ad se liberandum per cautionem, nam melius est superiorem adire, quam contra judicem gravantem post carcerationem, intra carceres existens appellare.

Adde ad *n. 58.* Ne erres, quod Auctor hic dixit posse pro tertiis liquidari post vigesimum annum ex doctrina *Tartaglie cap. 1. n. 39. fol. 9.* ubi *Tartag* dixit contrarium, & ego dixi in secundo Tomo meæ praxis *cap. 7.* quod elapso termino viginti annorum a die natæ actionis, idest a die, quo peti potuit debitum, vel peti potuerunt tertiæ, non potest procedi ad liquidationem instrumenti, nec pro capitale, nec pro tertiis, sed solum potest procedi via civili per præcepta de solvendo, quæ durat triginta annis.

Et nè erres circa quod Auctor

dixit, quod post decem annos non potest accusari obligatio ipenens acta, sed quod sit ordinariè procedendum. Nam hoc est falsum, dum si sunt transacti decem anni à die natæ actionis, idest à die, quod debebat fieri solutio, adhuc proceditur per accusationem, sed citato prius debitore ad dicendum causam, quare obligatio accusari non debeat.

Tunc tamen proceditur ordinariè, quando sunt elapsi triginta anni.

S U M M A R I U M .

- 75 *Causam criminalem judicans per fraudem, tenetur pena capitali, Et in arbitrariis non potest alias imponere, quàm imponi solitas.*
- 76 *Syndicatur de crudelitate in condemnando Reum ad remigandum; qui condemnatus erat ad exulandum.*
- 77 *Furta restitui debent Domino?*
- 78 *Pœnarum commutatio in sententiis reservari non potest, nec reservari potest redimendi exilium pro ducatis tot.*
- 79 *Notorium contra rusticos quomodo regulandum?*
- 80 *Injurantem negligens punire est pejor injuriante.*

C A P. V.

Disputatio caussa iniquè, & injustè criminalis judicatae, per Syndicandum officialem in Syndicatu.

M Alè, ac iniquè officialis iudicans causam criminalem, si per imperitiam, aut imprudentiam judicaverit, ultra quod tenetur prout æquum religioni iudicantis videbitur, ut dixi supra in *princ. n.1. & 2. parti lese, glos. in §. 1. institut. de oblig. quæ ex quasi del. nasc. sed si per fraudem, vel dolum judicaverit, tenetur pœna capitali, Boss. in tit. de execut. sent. n.4. fol.328. Gram. dec. 99. n. 2. Clar. in sua præct. crim. in quæst. 68. vers. iudex, & §. homicidium, vers. irem iudex nam iudex debet imponere reo pœnam delicto congruam, *auth. omnes peregrini. C. communia de successu ubi pœna est commensuranda delicto, Hippolit. de Mar. in cons. 6. n. 13. & in cons. 30. & licet si datum iudici arbitrium a lege, vel ab homine, non censetur sublata cognitio, & subtilitas, Catal. de synd. n. 145. non potest suum arbitrium ita extendere usq; ad mortem, Dec. in l. qui jurisdictioni post n. 9. vers. non obstant. ff. de jurisdic. omni jud. Affl. dec. 276. post n. 6. Gram. in cons. cri. 48. post n. 6.**

Clar. in sua præct. crim. in q. 837. vers. sed quero in fin.

Et iudex in arbitrariis non potest alias pœnas imponere, quam imponi solitas, *l. quid ergo §. pœna gravior, ff. de infam. Affl. in const. humanitate vers. quero de aliquibus, n. 22. in fin. Gram. dec. 37. Clar. in §. injuria, vers. sed pone.*

Sed ex Regia pragm. istud arbitrium est officiali concessum inspecta qualitate causæ delicti, atrocitate, & aliis circumstantiis, ut per *Vinc. de Franch. decis. 240. n. 3. in 2. volum. licet loquatur in minore, & arbitrium iudicis debet esse informatum probationibus secundum conscientiam informatam probationibus, & probata legibus, cap. sacerdos de off. ordin. & debet iudicare secundum leges, non secundum motum sui capitis. Paris de Put. in tract. de synd. in verb. iudicium, cap. 2. n. 2. & 3.*

Ideo si reus esset condemnandus ad exulandum pro aliquo maleficio, per aliquod tempus, non debet condemnari ad remigandum cum iudex debeat amplecti æquitatem, *l. placuit. C. de iudic. cum melior sit peccare in misericordia, quam in severitate, cap. allegant, 26. quæst. 7. Mars. in §. occurrunt, n. 10.*

76 Et propterea teneret officialis in syndicatu utens severitate, ac crudelitate in arbitrariis condemnando reum ad remigandum, teneatur in syndicatu, *Paris in suo tract. de syndic. in verb. penu, n. 7. cap. 10. fol. 166. n. 5. § 7.* dum debet condemnari ad exulandum una cum interesse, ad quod debeat condemnari, *Vinc. de Franch. dec. 358. 2. vol.*

77 Debetq; Domino restitui facere furta, *Paris de synd. in verbo compositio n. 2. c. 7.* & omnes officiales inventis per eos bonis furatis detinent ipsi præfata bona, & vix possunt ab ipso partes recuperare, ut experientia docet.

Et idem de anno 1607. dum fuisset querelatus Donatus Infera pro furto mellis, fuitq; per capitaneum U. J. D. Joannem Dominicum de Siena terræ Carbonariæ absolutus, inquisitus noluit restituere sextertia 120. mellis, condemnavi ipsum syndicandum ad restituendum mel præfatum, vel ad prætium liquidandum, & nota quia iste casus quotidie evenit.

8 Nec debet reservare, in eorum sententiis communitatem pænarum ad arbitrium Partium, vel Baronis, ut in *prag. 21. in rubr. de baron.* ut quotidie faciunt condemnare ad exulandum cum potestate redimendi exiliū prædictū pro du-

catis tot, & ista cōmutatio exilii potest fieri a Rege, *l. relegati ff. de pænis, Nig. in c. Regni incip. exercere, in rub. de commut. pænarum n. 43. in car. 194.* cum sit jus regale, & de regalibus, *l. 1. §. deinde ff. de post. Innoc. in cap. cum te de re judic. Bald. in cap. at si clerici de judic. Andr. in cap. hereditate,* nam hoc non potest facere etiam Baro habens secundas causas, sed solum Rex, aut Prorex, parte concordata, sequitur *Anna in sing. 458. in verb. Rex, post sententiam. Andr. in c. 1.* similiter potest d. cap. *Corrad. in vers. pænam autem irrogat pragu. 17. incip. Carolus Quintus in rubr. de Baron. Niger. in cap. regni exercere volentes, in rubr. de commut. pæn. n. 29. § 30.*

79 Officialis tenetur pariter pro mala condemnatione criminali iniquè, & injustè facta, quando minus severè, & crudeliter, idiotas aut rusticos castigat in faciendo notorium, in condemnando ad pænam pecuniariam, vel ad aliquid, dum loquuntur cum officiali ignorantè, tunc cum officialis debet rusticitati parere. *Menoch. in tract. de arbitr. jud. lib. 2. cen. 2. casu 194. num. 1. § 2. cum seq. l. 2. §. penult. ff. si quis in jus voc. non jerit, secus est in rustico sagace, immò Imperatori fuit dictum, tu. Paris in verbo notorium n. 11. lib. 1. C. de veter. lib. 12. Ubi*

Ubi etiam si ad Regem fuerit dictum , tu , idem officialis pariter tenetur in syndicatu , quando non punit injuriantem , sed absol-
80 vit , dum erat condemmandus injurians ad pœnam injuriæ. *Paris. de Put. in tract. syndic. in verb. compositio , cap. 1. num. 5. & 6.* cum negligens punire injuriantem est pejor injuriante , idem *Paris in loco citato cap. 2 n. 2.* cum pœna debebat delicto correspondere , ut dixi supra n. 241.

A D C A P. V.

Addit. Leon. Ricci.

Sufficiunt ea, quæ in .1 cap. dixi, circa disputationem causæ civilis malè judicatæ, ut legens possit disputare etiam causam criminalem malè judicatam .

S U M M A R I U M.

- 81 *Extorquens pecuniam puniri debet pœna exilii, & in quadruplum .*
- 82 *Extorsio committitur etiam si fuerit promissa, & non data pecunia, vel alia res .*
- 83 *Extorsio non excusatur , ex eo quia fuit aliquod dono datum ab inquisito .*
- 84 *Extorsio facta per famulum non excusat officialem Excoriati Officialis historia narratur .*
- 85 *Heres officialis defuncti stare syndicati non tenetur , sed con-*

venitur in quantum spectavit ad heredem .

- 86 *Munera Judicem obcecant , & compellitur donatarius obedire donatarii ex naturali obligatione .*
- 87 *Carceratus pro jure porcelli solutum, & non ultra solvere cogitur, nec ob benigniorem locum carceris pecunia extorqui potest , aliàs punitur officialis pœna extorsionis , & in quadruplum .*

C A P. VI.

Disputatio causæ querele extorsionum, contra Officialem syndicum in syndicatu .

EXtorquens pœcuniã officialis intuitu officii, & metu jurisdictionis, debet puniri pœna exilii, & in quadruplum restituere, *glos. in cap. quoniam quidem in verb. idem aut b. 18. distinct. l. fin. C. de crimin. concuss. & in aut b. judices sine quoque suffragio, s. scriptum exemplar, Carav. in ritu 14. nu. 6. l. quod evitandi, C. de condit. ob turpem causam, clem. 2. s. sanæ ubi Card. de pen. quæ extorsio fit mediante justitia . Paris in tract. de synd. in verb. electio officialis, nu. 4. extorsio præsumitur in ore officiali justitiam administrante, l. 1. C. de salug. hospit. non præbend. lib. 12.*

- 82 *Et committitur extorsio , etiam si fuerit promissa, & non data pecu-*

Q u-

cunia, *Menoch. in tract. de arbitr. jud. cent. 4. casu 342. nu. 2. lib. 2.* & potest committi, non solum interveniente pœcunia, sed etiam qualibet re, *glos. in l. 1. ff. de concuss. in verb. oblatum.*

- 83 Nec obstat si pro Parte, officialis opponatur, quod pœcunia, vel alia res fuerit eidem donata ab inquisito, quia non valeret, *l. qui in carcerem, ff. quod met. causa, cum metus justus sufficiat, etiam quod ejus effectus non sequatur, Gram. cons. crim. 11. n. 29. causa officialis suis stipendiis contentus esse debeat. Carav. in ritu 19. n. 2. & ideo solvitur, ne corrumpatur pecunia, Luc. de Penna in l. annonus, C. de erogat. milit. lib. 12.*

- Immo tenetur de extorsionibus pro famulis, quos secum duxit, 84 *Menoch. in tract. de arbitr. jud. cent. 4. casu 345. n. 2. Angel. de Malefic. in rubr. ad Jul. repet. n. 4. intuitu tamen officii, Boss. in tit. de off. pecun. corrupt. nu. 10. ubi refert Regem Persarum ordinasse quemdam officialem Aquensem pro hujusmodi crimine excoari, & Valerius Maximus lib. 6. cap. 3. biff. ubi narrat de Cambisè Rege, qui quemdam Judicem de falso convictum excoari fecit, & pellem extendi, super cathedram, ubi filius qui ei successit in officio pro*

tribunali debuit sedere, ut patris pellem videret, & ipse pellem vidento justum faceret, nec deberet extorquere pecuniam. *Paris de Put. in tract. de synd. in verb. praesumptio, n. 2., & propterea officia sunt conferenda per virtutes, & merita, Boss. in tit. de ambitiosis, num. 3. & 5. Paris in tract. de synd. in verb. officialis, in cap. 9. in fine.*

- 85 Hæres autem officialis defuncti non tenetur stare Syndicatu pro defuncto. *Paris de Put. in suo tract. de synd. in verb. hæres, n. 3. de rebus descendentes ex delicto, vel quasi, Niger. in cap. regni item statuisimus, rubr. de synd. n. 51. secus quando aliquid pervenit ad hæredem, quoniam tunc tenetur hæres, Bartol. in lid. hæredem, ff. de calumniator. Catald. in tract. de synd. in n. 14. vers. adde hæres judicis, ubi hæres judicis, qui malè judicavit, convenitur in quantum pervenit ad hæredem, l. Julia repetund. & ibi Angel. glos. in l. 2. C. ad legem Jul. repetundarum dicit, quod est mirabile, ut infra annum tantum detur etiam post litem contestatam contra se, alii dicunt infra annum etiam post litem non contestatam, infra annum in hæredem dari in totum, & hic etiam in eo, quod pervenit ad eum, licet delictum de calumnia non detur, nisi in id quod*

quod pervenit , ut ibi .

Sed quando per dolum , vel corruptelam officialis tulit sententiam iniquam , non habet locum titulus iste , quod teneatur iudex ex quasi maleficio , *Bart. in l. si filius familias ff. de jud. glos. in d. §. 1. instit. de oblig. quæ quasi delicto nasc. in verb. nota , quod iste ritulus .*

Sed tenetur ex maleficio , seu delicto , idcirco officiales non debent extorquere pecuniam in officio , nec capere munera , quæ iudicem obsecant , & justitiam , nam recipiens aliquid muneris naturaliter obligatur , *l. sed & si lege , §. consuluit. ff. de petit. heredi & glosa ibidem in verb. consuluit , l. si remunerandi ff. mand. ubi dicit , glos. quod est honor cui donator , l. si vero ff. eod. tit. glosa in cap. & si quæstiones , de simonia , in verb. non perenti , & ille cui donatur exhibere reverentiam , compellitur , & obedire donatori , cap. illud quidem , in verb. compellitur §. quæst.*

Et propterea prohibentur munera officialibus recipere , *Foller. in sua pract. crim. in tit. studeat se ornare , n. 63 prag. 1. in rubr. de muner. offic. munera , quantum sint noxia iudicibus , Boer. dec. 153. in 1. par. immò non potest iudex recipere , aliquid provifura proces-*

fus , Carav. in ritu M. C. 14. n. 1. neque candelas , Scaglioneus in ritu prædicto , nu. 2. neque trigessimam recipere potest officialis , ut in prag. 1. in rubr. de trigessimis , & salario officialium .

Nam non licet officiali aliquid recipere , cum gratis teneatur officium suum exercere , *Boss. in tit. de offic. pecun. corrupt. n. 3. in sua pract. crim. nec officialis debet aliquid a subditis extorquere , Angel. Arer. in §. quadrupli , n. 13. instit. de actionibus .*

87 Nec pro jure portelli , seu excarcerationis nec ejus familiam , cum debeat solitum observare , nam quod sæpe , & justum est exactum , est faciendum , *l. 1. C. quæ sit , longa consuetudo , & ibi glos. & l. 1. ff. de aqua & plu. arcon.*

Et extorquens pecuniam pro jure portelli , aut ob mitiorem , & benigniorem locum carceris officialis , potest puniri , tanquam pecuniam extorquens , & restituere quicquid habuit in quadruplo , *glos. in l. 1. C. ad l. Jul. repetundarum , l. 1. ff. eodem tit.*

A D C A P. VI.

Addit. Leon. Ricci.

S U M M A R I U M .

1 Extorsio quomodo , & qualiter fit ?

1 E Xtorsio fit , vel per vim , vel per importunitatem .

Extorquere dicitur , qui per

Q 2 vim

vim exigit, *Clem. 2. §. sanè de pœnis l. sideic. §. si rem ff. de legatis 3. c. cum olim l. 2. de privilegiis c. ad sedem de conver. conjuga. c. ad nostrum, l. 3. de jurejuran.*

Et qui exigit per importunitatem, extorquere etiam dicitur *c. 1. in princ. de Religios. domi in 6.*

Et vide, quæ dico in *cap 8.*

S U M M A R I U M.

- 88 *Concussionis crimen quando committitur.*
- 89 *Concussio tribus modis committi potest.*
Per minas potentis ;
Per verba incarcerationis, &
Per incarcerationem.
- 90 *Transactio, & compositio, quæ sine, &*
- 91 *Transactio absque partis remissione fieri non potest, etiam si pars non exposuisset querelam.*
- 92 *Concussio committitur, etiam quando Reus citatur pluries, & concordia seu promissio metu carceris, vel violentia nõ valet.*
- 93 *Compositio, & Transactio, ut valeat, & officialis non teneatur in syndicato, datur cautela.*
- 94 *Concussionis pœnæ est arbitraria.*
- 95 *Minæ pro concussione probantur per testes singulares.*

C A P. VII.

Dispatatio causæ concussionis contra officialem syndicanum in syndicato.

Officialis tunc committit, crimen concussionis, quando reum inquisitum inducit per metum ad transigendum pro certa pecunia de aliquo figurato delicto, de quo non constat, *Carav. in ritu 176. n. 5. Gram. in cons. crim. 51. nu. 5.* ubi dicens officialis quod *te carcerabo nisi dederis tantam pecuniam*, est concussio, *Angel. de malef. in rubr. de concussion. n. 1. & 2. glos. in l. quod evitandi, C. de condit. ob turpem causam in verb. concussionis crimen, l. 1. ff. de crim. concuss. l. non licet, ff. de contrab. empr. est autem concussio intinoratio.*

Quando officialis infert metum ut extorqueat pecuniam, ut reducat reum ad compositionem committit concussionem, dicta *l. 1. ff. de concuss.* & alibi concussio est, cum aliquis occasione publici officii, ut habeat aliquid extorquet a subjectis, *glos. in d. l. quod evitandi, C. de condit. ob turpem causam, in verbo concussionis crimen, Paris de Put. in tract. synd. in verbo iudices, cap. 7. num. 2.*

Concussio autem tribus modis committi potest per minas potentis, ut per verba primò in *carcera-*

cerationis, *Paris de Put. in dicto suo tract. de synd. in verbo iudices cap. 7. nu. 17. fol. 109.* & secundò per metum futurum fieri potest concussio, *Cyn. & Barr. in l. merù, C. quod met. caussa, Bald. in l. fin. colum. 1. C. de jur. de lib. Alex. in conf. 114. in 2. vol. Innoc. in cap. cum olim extra de elect. Lucas de Penna in l. si coloni colum. 7. C. de agric. & confib. lib. 11. Gramat. in conf. crim. 13. n. 22. & in conf. crim. 31. n. 33. tandem tertio per incarcerationem, ut dicit *Paris in loco citato.**

Transactio autem, & compositio idem sunt, *Grilland. de relatione arcerat. 3. parte conventio rei, seu inquisiti cum præside ex causa lite pendente, de bubio criminis statu de solvendo Fisco, certam pœnam ad redimendam litis vexationem Parte legitima concordata, Lab accusatione, l. destitisse cum sequenti ff. ad turpill.*

91 Et ideò officialis non potest transigere aliquem absque remissione Partis, etiam si non exposuisset querelam, sed officialis processit ex officio, non potest dare terminum offenso ad querelandū, & termino elapsò ulterius, non audiri. *Carav. in ritu M. C. n. 20. & 21.*

92 Et non solum committitur concussio, ut supra dixi, sed etiam

quando reus citatur ad hunc effectum pluries, ut se componeret, & non composuit, teneretur etiã de concussione, *Carav. in ritu M. C. 276. n. 5.* & teneretur actione injuriarum in syndicatu, ut ibi.

Sed si fieret promissio, seu concordia, quæ esset ex violentia, ut metu carceris non valeret, *l. qui in carcerem, ff. quod met. caussa. Anna in sing. 418.* & teneretur reddere in syndicatu, *l. 3. ff. ad l. Jul. repetund. l. 1. C. si per vim,* vel alio modo, & propterea reus spontè debet offerre pecuniam.

Nam si non esset spontè oblata extra carceres non valeret, *Bald. in d. l. qui in carcerem, ff. quod met. caussa,* & reus præsentet petitionem spontè offerat in scriptis Judici, & dicat velle cum Curia transigere, & non litigare, & se culpabilem esse, & petat pro tali delicto se admitti ad compositionem, tolerabilem ducatorū tot, vel velle tantum dare pro compositione nomine Curia per manus alicujus Nobilis, & omnia in actis scribantur, & officialis erit tutus, *Paris de Put. in tract. synd. in verb. compositio, cap. 60. in fin. vers. & ideo confuso officiali, Caravita in ritu 276. n. 4.* ubi dat cautelam, quod inquisitus confiteatur se culpabilem, & petat admitti ad tolerabilem compositionem præcedente remissione

ne

ne Partis, pragmat. 4. & 6. in
subr. de composr.

94 Pœna autem concussionis est arbitrarîa, Menoch. in tract. de arbit. jud. casu 341. n. 12. centuria 4. lib. 2. & idem Menoch. in d. tract. casu 342. n. 10. & §. scriptum exemplar, in auct. judices sine quoque suffragio, l. fin. de concus. Paris de Put. in tract. synd. in verb. judices, cap. 7. n. 1. usque ad 7. Menoch. in d. tract. casu 343. n. 4.

Nam semper præsumitur concussio, & terror, & metus per magistratum, nam verba magistratus inducant concussionem, Paris de Put. in loco citato n. 16. & ideo ex minis factis per officialem præsumitur concussio præfata.

Et minæ probantur per testes
95 singulares. Gramat. dec. 5. n. 5. Anna sing. 520.

Immodò suspicio metus carcerationis inducit concussionem, & suspicio metus dicitur justus metus, Gramat. voto 10. n. 5. & contra officialem minantem potest agi actione injuriarum in syndicato, ut dicit Bald. in reperi. in verb. in 2. colum. alleg. test. in l. item apud Labeonem §. 2. ff. de injuriis, sequitur Mars. in sua pract. crim. in §. diligente, n. 89.

A D C A P. VII.

Additio Leonardi Ricci.

S U M M A R I U M.

1 Concussione, extorsione, & baratteria, come si distinguono.

Q U i benè distinguit proximus est veritati.

Distinguendi sunt tres termini qui in authoribus aliquantulum
1 confusè positi sunt, Baratteria, Extorsio, & Concussio, Baratteria dicitur a baractando, quod propriè est, cambiare cosa a cosa.

Perciocchè trattandosi di Bestiame, sempre si cerca da barattare, e quel, che non si trova da vedere per contanti, onde diciamo barattare la Giustizia, cioè vendere cambiare la giustizia per qualche cosa, che si da per baratto, o in iscambio.

E tal baratteria, e specie d'una convenzione, o contratto volontariamente fatto con offerire al Giudice qualche danaro, ed altra cosa per averne la sentenza, anco che sia giusta.

Estorsione, ed estorquere, e lo stesso, che efigere più della pandetta, o deritto, che spetta anco da chi volontariamente lo pagasse, senza però altra violenza, o minacce, se non solamente con l' autorità giudiziale.

Concussione è quando toglie per paura alcuna cosa a sudditi, o
quan-

quando toglie per forza alcuna cosa più, che del deritto gli spetta, tanto per far cosa giusta, quanto per non fare quel, che doveria fare

Onde componendo alcuno di delitto, che non costa, citandolo spesso si chiama Concussione.

Di più chi avesse timore di aver qualche oppressione dall'officiale, e perciò li vende qualche stabile, detta vendita si chiama fatta per Concussione, e si può rescindere, *Paris de syndic. cap. 7. n. 8. fol. 108.*

E questa distinzione basti per distinguere, e saper bene, come si devono intendere gli Autori, che di questi tre delitti parlano.

È vedi quel, che dirò nel seguente Cap. 8.

Ad *nu. 91.* nota quod transactio, & compositio, licet pro eodem ponuntur, ut Auctor, hic tamen inter se differunt, nam compositio fieri non potest, ubi crimen non est probatum; alias officialis tenetur de Concussione.

Transactio autem si ratione dubii, ubi de crimine non liquet, ut infertur ex *Pragm. 4. de composit.* & latè ego dixi in *q. 12. primo Tomo meæ Praxis;* ubi vide.

S U M M A R I U M.

95 *Baractaria crimen dicitur, quando officialis baractat, sive vendit justitiam pro pecunia.*

96 *Baractaria committitur etiam, quando Judex mutuo pecuniam accepit a litigante, & protulit sententiam in favorem mutuantis.*

97 *Pœna baractaria diversimodè a lege datur, & narratur diversitas.*

98 *Baractaria propriè dicitur commissa, quando pecuniam officialis accipit pro facienda justitia.*

99 *Exigere ultra sportulas non licet*

100 *Judicans injustè in caussa criminali punitur pœna capitali, sed in caussa civili pœna erit duplum, & privatatur potestate judicandi ac punitur criminaliter, & ad sumptus litis.*

101 *Corrumpens officialem perdet caussam, & ponitur pœna falsi & testis singularis probat.*

102 *Baractariam committens inquiritur per generalem inquisitionem, & quomodo?*

103 *Baractaria requirit probationes, luce meridiana clariores, si criminaliter proceditur, sed si civiliter admittitur probatio per mediatorem.*

104 *Simonia per mediatorem, seu proxenetam probatur.*

105 *Baractaria, adeò enorme est delictum, ut etiam si judicat retè restituere debet accepta.*

106 *Attentans baractariam puniri potest.*

- 107 *Attentans blandis verbis, sine pecunia punitur pœna tantum aureorum, & non amittit causam.*
- 108 *Baractariæ crimen, aded detestabile est, quod officialis durante officio conveniri, & ab officio removeri potest a M. C. V. sed pro aliis delictis expectatur exitus syndicatus.*
- 109 *Privatus officio officialis ob alias causas, & quæ sint istæ.*
- 110 *Recipiens aliquid a subdito per excussionem aut baractariam in foro conscientie tenetur restituere.*
- 111 *Proventus spectant ad Baronem, quos si surripit officialis, restituere cogitur Arario in syndicato, & incidit in pœnam legis Juliae peculatus.*

C A P. VIII.

Disputatio criminis baractariæ, & inquisitionis generalis contra syndicandum in syndicato.

Baractariæ crimen dicitur quando officialis baractat justitiam 95 pecunia, *Menoch. in tract. de arbitr. judic. casu 342. n. 18. centur. 4. lib. 2. Amed. Just. in tract. synd. n. 163. & magistratus, vendens, & baractans justitiam, vendit Christum, cap. existiman. 11. quest. 3. Lucas de Penna in l. neminem, C. de suscept. lib. 11. Paris de Put. in tract. synd. in verb. baractaria, n.*

1. & 2. cap. 1. vers. officialis committens Baractariam.

Et committitur etiam, quando 96 *Judex mutuo pecuniam accepit a litigante, & protulit sententiam in favorem mutuantis, l. venales, C. quand. provoc. non est necesse Alber. in l. quia etiam. ff. de calum. P. 1. ris de Put. in tract. synd. verb. si tempore sententia, num. 1.*

Pro quo crimine baractariæ di- 97 *versimodè patrans a lege punitur, Menoch. in tract. de arbitr. jud. cent. 4. casu 343. lib. 2. ex lege duodecim tabularum, capite judex puniebatur, Menoc. in tit. de arbitr. jud. cen. 4. lib. 2. casu 342. n. 5. Clarus in sua prac. crim. quest. 73. vers. judex committens baractariam. Nam per legem Juliam, §. bodie, ff. ad l. Jul. repetund. punitur Judex exilio, vel duriori pœna, juxta qualitatem rei, si judex necaret innocentem propter pecuniam, qui non debebat puniri, capite esset puniendus, vel in insulam relegandus ut dicit text in l. 1. §. 1. ff. de sicar. l. 1. C. ad l. Jul. Majestar. aut h. novo jure. C. de pœn. jud., qui male judic. quod si delinquit in causa civili, patitur pœnam tripli dati permisi dupli, & privationem dignitatis. Si vero delinquit in causa criminali confiscatis omnibus bonis in exilium mittitur, officio, & dignitate privatur & inter infames*

mes

mes reputantur, *l. judices, de dignis lib. r. 2.* statuit iudices, qui se fur-
tis, & sceleribus maculasse convic-
ti fuerint, priventur officio, &
dignitate inter infames reputantur,
l. 1. C. ad l. Jul. repet. quæ pœna le-
gis Julæ reputandum est officiali
arbitraria, *Menoch. in tract. de ar-
bitr. jud. casu 313. nu. 4. cent. 4 lib.*
2., & tales puniuntur in quadru-
plum: quod extorserint, & fuit ab-
latum applicatur Fisco, *Boss. in tit.*
de off. pecun. corrupt. in sua pract.
causarum crim. n. 10. Rex Persa-
rum fecit excoriari quemdam offi-
cialem Aquensem corruptum pe-
cunia, ad terrorem aliorum.

Ideo oderunt peccare mali, for-
midine pœnæ: oderunt peccare bo-
ni virtutis amore, nam pœna unius
est metus multorum, *l. 1. C. ad l. Jul.*
repetund. ubi unius pœna, metus
fit multorum, *Paris de Put. in*
tract. de synd. in verbo latro. c. 1. n.
4. officialis facere non debet, non
faciendum mediante pecunia, *l. 1.*
Et ibi glos. ff. ad l. Jul. repetund. in
verb. acceperit, Et l. 1. Cod. eod.
tit. & propriè baractariam dicitur
98 comittere officialis, quando pe-
cuniam accipit pro facienda justi-
tia, iudex enim contentus esse de-
bet suis stipendiis, *l. eadem, §. lege*
Julia, ff. ad repetund. Afflict. in con-
sist. regni corrupcehe, nec potest
aliquid recipere pro sententia fe-

renda, *l. 2. ff. de condit. ob turpem*
causam §. sed Et si dedi.

99 Et non licet officialis exigere ul-
tra sportulas, *Angel. de malef. in ru-*
br. ad l. Jul. repetund. nu. 7.

Et tenetur officialis in syndica-
tu, & potest puniri; nam justitia
non recipit æstimationem, pro bo-
no faciendo, *Menoch. in tract. de*
arbitr. jud. lib. 2. cent. 3. casu 342.
n. 29.

100 Et recipiens aliquid pro senten-
tia ferenda potest puniri, *l. 3. ff. ad*
Jul. repet. & in datis a sponte dan-
tibus, si injustum commiserit, ob
pecuniam in causis criminalibus,
personas offendat, tenetur, & pu-
nitur pœna capitali, ut dixi supra;
Boer. decis. 153. in civilibus causis
pœna erit duplum reddendi, &
privabitur potestate judicandi, *glo-*
sa in auth. novo jure, C. de pen. jud.
qui malè jud. & potest puniri cri-
minaliter arbitrio Judicis, & tene-
tur ad sumptus litis & ad litis di-
scrimen, ut in *l. de eo C. eod. tit.*
& ibi glosa.

101. Corruptens verò officialem
perdit causam, & punitur pœna
falsi. *Gramat. in cons. 35. n. 13.*
glos. in l. 2. in verb. in bona, ff. de
condit. ob turpem causam, Gram.
in dict. cons. crim. 35. n. 15. glos. in
cap. cum ab omni, de vita, Et ho-
nestate cleric. in verb. abstinere;
ubi præsumitur esse malum, cum

R fit

fit turpitudō ex utroque, in quo crimine testes singulares probant. *Vivius decis. 113. n. 4. Gramat. conf. crim. 35. n. 43. in fin.*

102 Quoniam contra officialem committentem baractariam, potest procedi per inquisitionem generalem, ut in Regia Pragmatica incip. Regiæ dignitati, in rubr. de syndic. offic. cap. regni item statuimus rubr. de synd. offic. Bald. in §. proficisci quest. 4. Et in constitut. Regni de inquisitionibus, & prius proceditur per generalem inquisitionem in syndicatu, vel alicujus interesse prætendentis, contra syndicanđum, & postmodum devenitur ad specialem inquisitionem, Niger in cap. regni statuimus, rubr. de synd. n. 65. in fin. officialis baractariam committendo dicitur proditor, & contra ipsum proceditur ad instar criminis læsæ Majestatis, est simile præfato crimini, Paris de Puteo in suo tract. de synd. in verbo corruptio n. 1.

103 In quo crimine requiruntur probationes luce meridiana clariores, l. fin. C. de probat. cap. per tuas, de simon. glos. ibidem in verbo admitteudos, sed si in præfato crimine baractariæ procederetur civiliter, admittitur probatio per mediatorem, Gramat. in conf. crim. n. 94. in fin. cap. 1. de test. in 6. licet aliter dicat. Mangon. in decis. Flo-

rent. 12. n. 17.

104 Sicut dicimus in simonia, quæ per mediatorem probatur, seu proxenetam, ut per text. glos. in d. cap. 1. de testibus in 6.

Nam sicut per pœcuniam venditur res sacra, ita per pœcuniam venduntur leges, quæ dicuntur sacratissimæ, l. leges sacratissime, ff. de legib.

Nam præfatum delictum est enormē, quod Judex aliquid accipiens, ut judicet in causa civili, si rectè judicat, restituet accepta. Menoch. de arbitr. jud. cent. 4. lib. 2. casu 342. num. 16.

Et istud crimen est detestabile, quod attentans puniri potest; Menoch. in tract. de arbitr. jud. casu 343. n. 16. cent. 4. lib. 3. Bald. in auth. novo jure, ff. de pœn. jud. l. Et generaliter, §. 1. ff. de calumniat. & æquiparatur crimini læsæ Majestatis, ut dixi supra, & potest committi etiam pro parvo, Bald. in l. furti, §. pactus vè, ff. de his qui noz. infam.

Judex declarando sententiam protulisse tanquam corruptus pœcunia, si sententia injusta apparet, non valet, Antonius Gabr. Rom. in suis conclus. in tit. de delictis seu malef. n. 7. Et 8. conclus. 37. secus si sententia esset justa.

107 Et attentans præfatum baractariæ crimen, nulla pœcunia data,

ta,

ta, sed verbis blanda persuadens officialem, ut proferat, pro persuadente sententiam punitur pœna centum aureorum, *l. 1. in fine de ambitu, Clar. in sua pract. crim. qu. 73. vers. Judex.*

Et non amittit causam, prout hodie videmus pro parva pecuniæ quantitate committuntur baractariae, cum avaritia sit omnium malorum radix, *Carav. in ritu 18. nu. 7.* & cupiditas est omnium libidinum radix. *Archid. 47. dist. c. quoniam.*

Nam natura hominum est præpta ad malum, ut experientia docet, ut in *auth. de monach. §. si vero, & in auth. de apud §. miiores,* & tenetur ad restitutionem officialis, *cap. peccatum de reg. jur. in 6. Niger in cap. regni. Item statui- mus, in rubric. de syndicat. nu. 27.*

108 Et pro hujusmodi crimine adeò detestabili officialis potest durante officio conveniri, & ab officio removeri, *Vincenz. de Franch. decis. 8. l. 1. vol. Anna in sing. 370. l. jubemus, C. ad l. Jul. repet. ibi administrante, eo, Clar. in qu. 16. vers. præterea quæro nunquid officialis. Boss. in tit. de offic. pœc. n. corrupt. n. 34.*

Et hac præ eminentia uritur M. C. V. durante officio officiales processat pro ipso delicto reperto privantur officiales officio. *Caravita*

in ritu 51. & in ritu 61., & officialis si inquireretur de baractaria, M. C. V. semper providere debet, quod eam remaneat in dict. M. C. & removerentur officiales ab officio, sed pro aliis æquidem provideret, quod præfatus officialis remittatur ad syndicatores tempore syndicatus, & expectaretur exitus syndicatus, Niger in cap. regni item statui- mus, n. 71. vers. advertere, rubr. de syndic. & per M. C. V. providetur, quod pendente inquisitione suspenditur officii administratio, Vincenz. de Franch. dec. 8. n. 3. in 1. vol.

109 Removetur, & officialis ab officio ob corporis infirmitatem, ob quam officio vacare non posset, *l. si quoties judices, C. de offic. præf. præf. orient.*

Removendus esset pariter si viderit rixantes, aut aliquos delictum committentes, & se non interposuit: tenetur. *Ludov. Peguera in regn. Catalon. decis. 67. n. 2. Cyn. in l. si servus C. de noxal. glos. ibi. ubi dominus servi videns potuit servum prohibere, & non prohibuit, tenetur in solidum Clar. in sua pract. crim. in qu. 87. vers. dictum.*

Potest etiam removeri ob nimiam sævitiam *l. 2. ff. qui sunt sui, vel alien. jur. §. fin.*

Removetur quoties officialis

non tenet familiam sufficientem ad malefactores capiendos, si fuerit ei stipendium pro familia præfata, *l. 1. Et in nomine domini, C. de offic. præfat. præf. Africa.*

Et ideo officialis ab hoc erimine se debet abstinere, cum nihil possit accipere etiam pro abbrevianda justitia, *Boer. decis. 153. nu. 2. 1. part. Menoch. in tract. de arbit. jud. lib. 1. q. 70. n. 12.*

- 110 Et recipiens aliquod a subdito, per extortionem, & per baractariam tenetur restituere, in foro conscientie, in syndic. est difficilis probationis, nam in hujusmodi crimine promittere, & dare, paria sunt, *Menoch. de arbit. jud. lib. 2. centur. 4. casu 342. n. 30.* & restituere tenetur oblatum aliàs præfato officiali, non remittitur peccatum, nisi restituta pecunia subdito, ut dicit *text. in cap. peccatum non remittitur de reg. jur. in 6.*

Sed si non habet realiter possibilitatem solvendi, tunc secus cum impossibilium nulla sit obligatio, *l. impossibilium ff. de reg. jur. in 6.* Nam ob impossibilitatem excusandus veniret, *l. cura §. in optes. ff. de mun. Et bonor.* sed cautius est, ut restituat, & erit tutus in foro conscientie, cum nemo debeat, cum alterius detrimento locupletari.

Et ideo officialis non debet pe-

cuniam extorquere a subditis quoquo modo, nec a Baronibus proventus subtrahere provenientes ex Baronis jurisdictione, qui puniretur poena, §. 1. *item lex Julia peculatus instit. de publicis judic. Clar. in sua practica crim. in quest. 68. vers. officialis licet dicat, Boss. in rubr. de lege Julia peculatus,* quod qui furripit pecuniam alicujus civitatis, tunc non incidit in legem Julianam peculatus, sed incidit in crimen repertum: tamen actio competit Baroni vel ejus Erario ad repetendam pecuniam subtractam a proventibus ab officiali in syndicatu; cum proventus debeant esse Baronis, cum sint fructus jurisdictionis, *Anna alleg. 53. n. 22. Boerius decis. 228. n. 6.* Ideo Baroni sunt restituendi, si vè ejus Erario in syndicatu petentibus.

A D C A P. VIII.

Ad. Leon. Ricc.

S U M M A R I U M :

- 1 *Baractaria crimen quomodo, Et quando committitur.*
- 2 *Baractaria in quo differat ab extortione?*
- 3 *Extorsio in quibus consistat.*
- 4 *Concessio in quo differat a Baractaria Et ab Extorsione.*

B Aractariae crimen committit officialis, quando sententiam justam, si vè injustam, vel aliquid aliud

siud facit ad placitum illius, qui solvit, vel promittit pecuniam, vel aliam rem præcedente pacto, vel conventionem invicem inter eos inito, vel alio mediatore interveniente.

Baractariæ enim crimen, non consistit, si quod facit corruptus per pecuniam, vel aliam rem promissam ex voluntaria conventionem, sive pacto invicem facto.

Et si facit rem injustam, est qualitas, quæ gravat crimen Baractariæ. Dum Baractariæ pœnam meretur ex solo Baracto extra pœnam causæ iniquè judicatae, quo casu duplex corruptela consideratur una propter injuriam factam, altera propter Baractum in baractando ministeriû ob pecuniam, vel aliam rem.

Baracteria in hoc differt ab extorsione, quia in Baractaria nulla violentia nulla vis concurrat, nec tacita, nec expressa ex parte officialis, sed concurrat spontanea oblatio subditi, qui mediante prætio desiderat corrumpere officialem ad faciendum id, quod ipse subditus velit, sive sit justum, sive injustum, & sic præcedit conventio spontanea utriusque partis, & species contractus permutationis, ideoque uterque punitur corrupens, & corruptus, quia uterque delinquit.

In extorsione autem non concurrat voluntas solventis, nec concurrat violentia, aut vis expressa a parte officialis extorquentis, qui per quandam tacitam, seu implicitam violentiam, auctoritatis judicariæ petendo id, quod sibi minime debetur, vel ultra pandetam subditus non audeat contradicere ne incurrat injuriam, & indignationem officialis potentis, & sic involuntariè, & invitatus solvit quantitatem non debitam, exemplo viatoris in medio latronum, qui libenti animo, absque contradictione dat latronibus, id quod non daret, si posset absque periculo illis resistere.

Et propterea in pœnam extorsionis incidit solum officialis extorqueus, & aliena bona desiderans, & furatur contra sextum præceptum decalogi: *Non furaberis*, & contra decimum Præceptum: *Ne rem cupias alienam*.

Concussio verò differt a Baractaria, & extorsione, quia in Baractaria nulla vis concurrat expressa nec tacita.

In Extorsione concurrat quædam implicita vis extorquentis, & fictus consensus subditi solventis.

At in Concussione concurrat expressa vis officialis, & expressus dissensus subditi, qui dissentiendo per vim, & metum expressum

con-

cutitur ad solvendum per illos tres modos relatos a nostro Authore in cap. 7. nempe per minas Potentis.

Per verba incarcerationis, & per incarcerationem.

Hanc pulchram distinctionem bene menti, quia non facile reperies apud alios Authores, qui scripserunt de hoc, sed adeo confuse, ut legentis mentem potius confundunt, quam clarificant.

S U M M A R I U M.

- 112 *Officialis non observans aliquod capitulum, vel Privilegium Universitatis, accusatur in syndicato de perjurio, quia juravit in ingressu suo illam observare.*
- 113 *Juramentum est affirmatio juramento firmata, & non est observandum, quando vergit in eterna salutis interitum.*
- 114 *Perjurii poena antiquitus erat obtruncatio manus, hodie puniitur extraordinarie poena stellationis, ubi enim cessat tribus criminis nominatus, vel innominatus, datur titulus criminis stellationis.*
- 115 *Infamia remitti non potest a Rege nec a Papa, & pro querela de perjurio fuit quidam in syndicato condemnatus ad exilium.*
- 116 *Poena perjurii excusatur ob*

non observantiam consuetudinis, non probate, vel aliam justam causam, & quando committitur absque dolo, vel non tendit ad alterius damnum.

- 115 *Perjurium, quod tendit in prejudicium alterius arbitrio Judicis extraordinarie puniri potest, ideo Judex de perjurio puniri non potest, quia in arbitrariis non punitur.*

C A P U T IX.

Disputatio querela perjurii commissi tempore officii, per officialem syndicanum.

- S**olet in ingressu officii officialis jurare observare consuetudines, capitula, privilegia, decreta, eidem officiali ostensa, publicata, & demonstrata per syndicum, & electos illius Universitatis exhibitum, & dum Officialis praefatus, non observaverit aliquod capitulum, vel privilegium sibi ostensum, & demonstratum incidit in perjurium; Nam juramentum, est observandum in forma specifica, *Cavens. in ritu 166. n. 26. Rota Avenion. dec. 7. iuramentum obligat praecise ad factum, Anton. Gabriel. Rom. in suis conclus. in tit. de jurjur. conclus. 8. Guid. Papa dec. 627. num. 1. cap. ad nostram de jurejur. ibi sicut juraverunt, Bart. in l. amplius non peti ff. rem ratam hab. num. 3. ne-*

mo

no contra proprium juramentum venire debet, *gl'sa in cap. mulieri in verb. ut contra proprium non veniat juramentum, de jurejur. cap. de viduis 27. q. 1. cap. si verò, Et cap. cum contingat. in fin. extra de jurejur. Hyppol. in sing. 356. verb. juramentum.*

Et tanto magis est observandum, quando observatur, sine interitu salutis æternæ, non debet esse juramentum præfatum vinculum iniquitatis, *cap. inter cetera, in verb. porro 22. q. 4. gl's. in c. non est obligatorium de reg. jur. in 6. c. quavis de pactis in 6. ibi: cum non vergat in æternæ salutis dispendium, quoniam non esset observandum, gl's. ibidem in verbo dispendium obviandum est perjuriis, Et animarum periculis, ut dicitur tex. in cap. mulieri in fin. de jurejur. nam hujusmodi juramentum præstatum ab Officiali in principio officii, ut dicitur *Niger. in cap. Regni item quod omnes in rubr. de jur. offic.**

Juramentum autem, est affirmatio juramento firmata; *Guid. Pap. dec. 155. num. 3. in 3. verbo, Nam juramentum, & ideo jurans omnino debet, & tenetur illud observare. Guid. Pap. in dec. 627. nu. 2. Rot. Aven. dec. 108. num. 8. & perjuria non committitur sine dolo; Boss. in tit. de perjur. num. 5.*

Et pro præfato perjurio anti- quitus erat pœna obtruncationis manus. *Carav. in ritu M.C.V. 109. Et in ritu 179. const. Regni incip. eos, qui scienter rubr. de perjur.*

Quæ pœna hodie a practica recessit, sed punitur extraordinariè, *Carav. in ritu 171. n. 2. Anno in sing. 604. Boss. in tit. de perjuriis. 1. pœna stellionatus punitur, Boss. in rubr. de crim. stellion. nu. 2. nam quando non datur certa accusatio, datur titulus criminis stellionatus, & deficit titulus criminis nominatus, vel innominatus, l. 3. §. stell. Et §. ubicumque ff. de crim. stell. & committens perjuria peccat, cap. qui sacramento 22. qu. 4. gl's. ibi: componitur septentis pro pœnitentia pro perjurio hoc per ipsum 23. qu. 2. & peccat mortaliter, cap. per venit. extr. de jurejur. quinimmo perjurus infamis efficitur, l. si quis major. C. de trans. sud.*

Et solum Papa, vel Rex possunt remittere infamiam, *Bart. in l. infamem in fin. ff. de public. judic. nu. 13. & non potest promoveri ad ordines sacerdotales; ut in c. infames, 6. qu. 1. lex contristatur de perjurio gl's. in l. cui relicta, ibi Bald. C. de indict. vid. toll. & perjurius falsum committit, cap. illud de excess. Præb. Et gl's. ibi in uno verbo fal-*

bo falso, & tamquam indignus privatur, ut in *c. querelam de jurejur.*

Idcirco annis elapsis quidam Capitaneus de terra Petre Paganæ Provinciæ Basilicatæ fuit condemnatus ad exulandum per certum tempus tempore syndicatus pro querela de perjurio exposita coram syndicatoribus de voto cujusdam Consultoris, de inobservatione capituli Universitatis præfatæ.

¶ 16 Secus est pro consuetudine non observata per officialem, cum justa causa a pœna perjurii excuset probat, *Gratianus in decis. provincie, in decis. 148. num. 15.* nam consuetudo non præsumitur, nisi probetur, *in libello §. fuit o. ff. de capt.*

Et propterea justa causa, ut dictum est, a perjurii pœna excusat pejurantem, ac criminalibus a dolo, *Affl. dec. 31. nu. 3. in fin.* & perjurium non committitur absque dolo, *Anna in alleg. 101. num. 1.* & quamvis perjurium solum Deum habeat ultorem, *glos. in cap. quicumque, in verb. recipiatur 6. qu. 1. Jason in l. si duo patroni §. si quis juraverit ff. de jurejur. l. jus jurandi contempta religio, C. de jurejur.*

Tamen quando perjurium non tendit ad alterius damnum, ut in

cap. illud de excess. prelat. non pœnitur.

¶ 17 Sed quando tendit in præjudicium alterius puniri potest extraordinariè, arbitrio judicis, *l. fin. ff. de crim. stellion. Anna in singul. 604. Menoch. de arbitr. jud. casu 38. nu. 4. lib. 2. cent. 4.*

Sed in arbitrariis iudex non potest puniri, *Menoch. casu 176. nu. 5. de arbitr. judic. cent. 2.* si non poterat præjudicare etiam si deliberatè perjuraverit, non potest de perjurio puniri in foro contentioso, sed tantum in foro animæ, secundum præfatam *Centur. in d. cap. quicumque. 7. qu. 1.*

Quando vero perjurium tendit in damnum, ac interesse alterius potest procedi criminaliter, & civiliter *Foll. in sua pract. in rubrica fiat contestatio litis, n. 20.* & propterea omnes officiales debent a perjurio abstinere, & juramentum intrepidè observare.

A D C A P. IX.

Addit. Leon. Ricci:

S U M M A R I U M:

- 1 *Jurare quomodo debet officialis in ingressu officii.*
- 2 *Juramentum præstitum die festo in onorem Dei, an, & quando liget jurantem?*
- 3 *Juramentum de statutis observandis qua pœna punitur, si id non observavit?*

4 *Ju-*

4 *Juramentum de statutis servandis, quae statuta comprehendit, & quae non?*

5 *Fidejussio, & juramentum in principio officii extenditur etiam ad tempus prorogatum post finitum officium.*

I **J**urare debet officialis in ingressu officii, & cautionem praestare ea bene exercenda officium, & parendo syndicali, & de servandis statutis & privilegiis Universitatis.

2 Sed *Ferrarius* in cautela tertia dat cautelam, ne in syndicato de perjurio teneatur, ut juramentum praestet die festo, quam cautelam approbant *Sardus, Marfilius, Carrav. Novar,* & alii quamplures citati per me in *1. tom. meae praxis tit. 2. de presentatione patentalium, & possess. capienda per officialem nu. 16. fol. 97.* ubi dicta opinione rejecta per *Borrel. l. 1. de magistratum adictis cap. 14. num. 41.* fuit conclusum, teneri officialem ad observationem juramenti praestiti die festo; cum sit actus voluntarius jurisdictionis ex rationibus, & auctoribus ibi per me adductis.

3 Et si dictum juramentum non observavit, tenetur in syndicato poena perjurii, & quidem officialis fuit exiliatus pro tali causa, ut dicit author noster *num. 99.* quem sequitur *Novar. in pragm. 1. n. 12.*

de syndicato, Scial. cap. 33. de foro officialium n. 54.

4 Et juramentum de statutis observandis non habet locum in statutis invalidis, & quae per contrariam consuetudinem abrogata sunt, nec ad statuta irrationabilia, *Perr. ritu 295. nu. 22. ex Mascari. Guitt. & aliis ibi.* Et ego ipse dixi in *d. 1. tom. meae prax. tit. 20. c. 2 num. 20.*

Neque dictum juramentum porrigitur ad statuta futura noviter condita, nisi appareat juratum, etiam de servandis futuris statutis, rejecto *Paride de Puteo de synd. in §. statutum n. 5.* & aliis dicentibus contrarium, ut dixi in *d. 1. tom. loc. cit. num. 21.*

5 Verum fidejussio, & juramentum in principio officii praestitum exceditur etiam ad tempus prorogatum post annum officii, nec debet officialis confirmatus in officio de novo jurare, aut novam cautionem praestare, & rejecto *Napod.* & aliis, concludit, *Borrel. de magistratum adicto lib. 1. cap. 12. num. 58. ex Berdazola, Bald. Cephalo, & aliis.* Et ego ipse dixi in *d. 1. tom. tit. 1. cap. 2. n. 30. in fin. fol. 16.*

S U M M A R I U M.

118 *Instantia syndicatus perit, si infra terminum viginti dierum non impeditur, & post peremptam*

S *pram*

- ptam instantiam puniuntur syndicatorum, & consulator, si procedunt.
- 119 Syndicatus causa si infra viginti dies datos ad procedendum non fuerunt decisa, syndican-
dus dicitur liberatus, & querelantes condemnantur ad expensas.
- 120 Confessio syndicandi parit effectum, ut possint cause expedi-
ri post instantiam peremptam.
- 121 Confessio enim judicialis est tanta importantia, quae tollit
processus nullitatem.
- 122 Instantia, nec etiam perit, quando fuit impedita per dila-
tiones, & culpa syndicandi.
- 123 Absolvitur syndican-
dus ab ob-
servatione iudicii, quando in-
stantia perit absque culpa syn-
dicandi.
- 124 Impedimentum consulatoris ra-
tione infirmitatis, mortis, vel
ob fluminis inundationem, aut
ob crassatores viarum, vel aliud
justum impedimentum, quod non
potest imputari syndicando, nec
querelantibus, tunc non perit
instantia.
- 125 Instantia verò, postquam est pe-
rempta si querelantes velint
causas syndicatus prosequi co-
ram syndicatoribus, debet im-
petrare insuffatationem spiri-
tus a Domino presidente S.R.C.
- 126 Consulatoris votum est adeo ne-
cessarium, ut syndicatorum non
adhibendo votum tenetur ad
interesse, & ubi syndici requi-
siti ob eorum culpam non venia
consulator ipsi syndici tenentur
ad interesse, & ad penam con-
troventionis Reg. Pragm.
- 127 Syndicatorum cautela est abre-
viare causas, & subterfugia
secare.

CAPUT X.

Disputatio: peremptionis instantia
syndicatus, officialis syndican-
di, quando cause syndi-
catus possunt decidi,
& quando non.

SYNDICATUS instantia est duplex,
una quae incipit a die, & hora
termini praefixi, ad porrigendum
querelas contra syndican-
dum, ac ab hora edicti praekonis. Alia ve-
ro instantia currit a die litis con-
testationis, glo. in l. 1. C. de iudic.
Carav. in rit. 288. nu. 40. quan-
do officialis per annum exercuit
dantur dies 20. ad porrigendum
querelas praefatas, Niger. in cap.
Regni statuimus, num. 65. in fin.
rub. de synd.

118 Cause verò syndicatus praedi-
cti syndicandi, sunt expediendae
infra praefatum terminum ad pro-
sequendum querelas, alias instan-
tia syndicatus erit perempta, &
syndican-
dus molestari non pos-
set,

set , *Paris de Pat. in tract. synd. in verbo instantia* , §. dicit constitutio Regni , *Carav. in rit. 295. num. 21.* ut dixi supra in 1. p. nu. 56.

Imò syndicatores expediendo causas syndicatus post instantiam peremptam , & consultor puniri possent , *Mars. in sua pract. crim. in §. successione , num. 8.* *Paris in sua pract. synd. in verb. instantia an si partes , cap. 4.* instantia perempta definit potestas , *Menoch. de arbitr. jud. qu. 67. num. 7. lib. 2.*

Dum causæ syndicatus non fuerint decisæ infra 20. dies ad prosequendum , officialis diceretur a syndicatu liberatus , *cornes in cons. 5. incip. in hac consultatione , vol. 4. Magon. dec. Florentina 90. nu. 12.* & syndicanus liberaretur a syndicatu , & querelantes condemnarentur in expensis . *Maranta in sua pract. in verbo § omnia fiunt durante instantia , Carav. in ritu 248. nu. 16. § 17.*

Sed quando adest confessio syndicanus in causis , & querelis in syndicatu , possunt causæ expediri post instantiam peremptam , *Maranta in rubr. § omnia fiunt durante instantia , num. 60. D. Gaspari Mastrilli in dec. 70. num. 9. in Regno Sicilia in 5. p. principali , cum in confessis nullæ sint ju-*

dicis partes , nisi in condemnatione , *Magonius dec. Florent. 88. n. 2. l. proinde §. notandum in fin. ff. ad l. Aquil.*

Et confessio præfata judicialis est tantæ importantiæ , quod tollit processus nullitatum , *Afflict. dec. 372. incip. fuit lata sententia , num. 7. § 8. Gramat. in cons. 36. crim. num. 5.* syndicatores autem debent expedire causas syndicatus cum celeritate , ne instantia perimat , & jurisdictio est paucis tempore duratura , ut dixi in prima parte *num. 3.* instantia præfati syndicatus currit à momento ad momentum , *Paris de Pat. in tract. de synd. in verbo instantia .*

Sed si factis , aut culpa , ob subterfugia , & dilationes syndicanus causæ syndicatus non potuerunt sententari , tunc instantia non perimit , causæ possunt expediri post terminum instantiæ præfate dierum 20. *Bart. in l. si cum ipse ff. de excusat. tut. num. 3. & ibi Baldus , Carav. in ritu 295. num. 21.*

Nam si instantia esset perempta , non culpa aut dilatione syndicanus , præfatus syndicanus esset ab observatione iudicii syndicanus absolvendus , *Andr. Alferrius Cotonensis in suo cons. 13. num. 12. Caravita in ritu 248. num. 16. § 17.*

Secus est, si ob impedimentum
 124 consultoris electi causæ syndica-
 tus non potuerunt decidi ratione
 infirmitatis, mortis vel absentiae,
 vel ex causâ fluminis inundatio-
 nis aquarum ob nivem, tempesta-
 temque, aut ob grassatores via-
 rum non potuit venire Consultor
 ad decidendas syndicatus causas,
 instantia non esset in syndicatu
 perempta, vel processus non po-
 tuerunt transmitti ad votandum
 ad consultorem pro causis præ-
 fatis nullatenus perimeret in-
 stantia syndicatus l. 2. §. si quis can-
 sum, in fin. ff. si quis caut. vers. Et
 si quid sit, quod imputetur ex tem-
 pestate, vel vi fluminis, Et §. quod
 enim, eod. tit. Carav. in ritu 268.
 num. 4.

Ubi contumax à contumacia
 excusatur, ob fluminis inundatio-
 nem constitutus de præfato impe-
 dimento, arg. l. sed si per prætorem
 §. fin. ff. ex quib. causis major, & in-
 stantia non currit iudicis impedi-
 mento, Angel. in l. fin. C. de adulc.
 Amed. Just. in tract. syndic. nu. 76.

125 Sed si querelantes velint causas
 syndicatus prosequi, etiam instan-
 tia perempta, debent conyolare
 ad dominum circumspicendum Præ-
 sidentem S.R.C., & impetrare spi-
 ritus insufflationem vitæ præfate
 instantiæ, D. Garf. Mastrill dec. 70.
 nu. 8. in Regno Sicilia, Gram. dec.

91. & sic poterint de novo profe-
 qui, habita vitæ spiritus insuffla-
 tione, Maranta in suo Spec. in se-
 nta parte vers. inquisitio, n. 52.
 habita expensarum consideratio-
 ne, ut Regia Pragmatica, in ru-
 br. instantia cause non restituendæ
 in antiquis, Rota Genuen. de-
 cis. 24. num. 1. Auctore Joanne
 Cartario illius Rota Senatore, Et
 Magoniis decis. Florent. 31. nu. 1.

Et propterea syndicatores de-
 126 bent causas syndicatus expedi-
 re cum voto Consultoris non su-
 specti eligendi in limine expedi-
 tionis existentes, aliàs ipsi tenen-
 tur ad interesse, argum. l. Titia §.
 uestras, ff. de damnno infecto; glos.
 in l. 2. §. simili modo. ff. si quis caut.
 Paris. in verb. carcer carceratus
 cap. 2. nu. 7. in verb. magistratus,
 quinimodò etiam arbitrer tenetur
 Anna alleg. 37.

Et syndicus, & electi si fuerunt
 retinentes consultorum electum
 invocari facere, requisiti tamen
 pro causarum syndicatus decisio-
 ne, vel sportulas consignare pro
 votandis processibus, tenentur
 syndicus, & electi requisiti ad in-
 teresse, & de contraventione Re-
 gie Pragmaticæ, Regie dignitari,
 quic causam damni dat, causam
 dedisse videtur, Iqui occidit, §. in
 hac, ff. ad l. Aquil. nam syndicus &
 electi tenentur, sumptibus Uni-
 ver-

versitatis salarium solvere consulti-
tori, recuperandum in fine a Par-
tibus succumbentibus, ut dicit di-
cta Regia Pragmatica, & tenen-
tur facere, quod aliis prodest,
& eis non nocet ex naturali æqui-
tate, *glosa in l. in creditore,*
ff. de evict. in verb. quod sine di-
spendio, Anna in Alleg. 78. nu. 3.

Et ideo syndicatores, ne syndi-
catus instantia perimat, abre-
viare debent terminum ad profe-
quendum dilationes, & subterfu-
gia rescare, & causas syndicatus
citò expedire, *glos. in l. properan-*
dum in princip. & ibi Alex. num.
6. versitem nota, C. de jud. sequi-
tur Caravit. in ritu 245. num. 2.
in causis vero ordinariis in crimi-
nalibus instantia per biennium pe-
rit, in civilibus vero per trien-
nium, *Caravita in ritu 243. nu.*
1. Clarus in qu. 51. vers. alia etiam.

A. D. C. A. P. X.

Addit. Leon. Ricci.

S U M M A R I U M.

- 1 *Mora syndicandi in syndicato non debet excedere 40. dies statutos in cap. Regni 132. & Regiis pragmaticis per negligentiam syndicatorum, & querelantium.*
- 2 *Instantia syndicatus perimit per 40. dies, quoribus sine culpa syndicandi dictus terminus com-*

pletur, rejecta opinione nostri Auctoris num. 120. & 121.

- 1 **C**ertum est in capitulo Regni 132. Caroli II. fuit statu-
tum, quod officiales post deposti-
tum eorum officium per 40. dies
morentur in syndicatu; unde ha-
bemus legem in Regno à qua li-
mitatur terminus 40. dierum ad
morandum in syndicatu, & ultra
morari cogi non possunt.

Qui terminus fuit confirmatus
per *Pra. 1. de syndicatu, ibi: Infra*
tertium a constitutionibus, & ca-
pitulis Regni præfixum.

- 2 Certum est quoque instantiã syn-
dicatus tunc diei peremptam;
quando perit absque culpa syndi-
candi, ut Auctor noster hic *n. 123.*

Unde conclusio nostri Auctoris
num. 120. & 124. dicentis, quod
per confessionem syndicandi non
perit instantia syndicatus, vel pa-
rit effectum, ut post peremptam
instantiam duret jurisdictio syndi-
catorum in procedendo.

Hæc opinio est falsa, & non
amplectenda, nam syndicatores
ætenta confessione syndicandi
debuerunt in termino expedire
causam, & negligentia syndicato-
rum non debet nocere syndican-
do, qui stante peremptione in-
stantiæ debet absolvi ab observa-
tione iudicii.

Ita pariter quando impeditur
con-

consultor per infirmitatem, vel mortem, aut aliud justum impedimentum debebant syndicatores, & querelantes esse solliciti, & curiosi ad eligendum alium consultorem non impeditum juxta tradita per Auctorem in *cap. 7. n. 88.*

Et negligentia querelantium, & syndicatorum debet ipsis nocere; & non syndicando, & ipsis querelantibus ipsisq; syndicatoribus imputatur ac ipsi Universitati, cur alterum consultorem non elegerunt, de qua negligentia mentionem facit Auctor noster hic *num. 126.*

S U M M A R I U M :

- 128 *Expensæ, non possunt omitti, aut reservari; debet propterea consultor ad illas condemnare succumbentem nec justa causa excusat, tam si querelantes succumbat, quam, & syndicandus.*
- 129 *Querelantes debent instructi ad syndicus, & syndicandus debet mundas habere manus, & sic non condemnatur in expensis.*
- 130 *Consultor tenetur defendere suam decisionem in syndicato factam coram Judice appellationis declarando.*
- 131 *Consultor, & syndicatores antequam legant sententiam, pro palare non debent votum, aliàs puniuntur de falso.*

132 *Syndicatores, & consultor non debent pendere, neque ad dexteram, neque ad sinistram.*

C A P. XI.

De advertimento Consultoris Syndicatore in syndicato.

128 **A**ntequam consultor syndicatorum deveniat ad decisionem causarum syndicus debet animadvertere in condemnando ad expensas, vel querelantes, vel syndicandum, si idem Consultori videbitur justum, ne remaneat Universitas interessata pro expensis in syndicato factis, nam expensæ non possunt omitti; aut reservari, ut in *Pragm. I. in rub. de expensis*, istæ expensæ syndicus debentur à succumbente ex Regis providentia, ut in *Pragm. Regiæ dignitati; in tit. de synd. offic. gl. in auth. de iudicibus §. oportet, Petrus Sard. in Senatu Mantuano dec. 261. n. 9. Anna sing. 183.*

Ubi expensæ debentur jure actionis, & semper debentur etiã stante justa causâ litigandi, *Magon. det. Florent. 42. num. 15.* & præfata pragmatica est observanda in forma specifica, ut dixi supra in *1. p. num. 22.*

Et sic cum justa causâ querelandi officialem in syndicato, non consideratur respectu Universitatis

tis interessatæ; nec iusta causa se
juendi consideratur in syndican-
do, cum præfatæ expensæ debe-
antur jure actionis Universalitatis
ex Regia Pragmatica *Regiæ di-
gnitatis* ex Regis condentis pro-
videntia.

Succumbens ab expensis nulla-
tenus in syndicatu excusatur, tam
si querelantes succumbunt, quam
si syndicanus succumbit, nam
dum succubmit Pars semper debet
ad expensas condemnari, *Paul.
de Castro. in l. destitisse ff. de judic.*

129 Ex quo debuerunt venire in-
structi ad iudicium querelantes,
æ prævisi, *l. cum quem temerè ff.
judic.* & si condemnatur syndican-
dus in expensis debuit bene offi-
cium administrare, & mundas ha-
bere manus, juxta *l. Judices C. de
dignit. lib. 12.* & consultor non de-
bet judicare; quod videtur ex
suo Marte sed secundum bonum
iudicium optimè legibus infor-
matum, & secundum opinionem
communem Doctorum, ut dixi
supra n. 19. *Et 22.* & motum ani-
mi sui debet testimoniis argu-
mentis adherere veritati proximi-
ora, *Vinc. decis. 105. n. 13 in
1. vol.*

130 Idem consultor tenetur defen-
dere ejus sententias pro causis
decisis in syndicatu, si ab eis fue-
rit appellatum infra duos men-

ses, coram iudice declarando, ut
dicit præfata Regia Pragmatica
Regiæ dignitati.

Debentque consultor, & syndi-
catores in secreto sententias, seu
sua vota tenere, antequam publi-
centur, & non propalare Parti-
bus; *Caravita in ritu 3. n. 2.
Prægm. 5. in tit. de offic. justitiarii.*

Idcirco quidam Judex vir sum-
mæ doctrine, fuit electus à loco
senatorum, ex quo vota Senato-
rum revelasset, ut dicit *Thes. dec.
Pedemont. 1. in fine,* & revelantes
secreta sunt puniendi de falso. *Pa-
ris in tract. de synd. in verbo ju-
dex num. 26. vers. idem in iudice,
qui manifestavit sententiam An-
na sing. 283. in fin.*

Et non debet pendere ad dex-
131 teram, neque ad sinistram, *glos.
in verbo medius, ubi falli, C. ad l.
Corn. de falsi,* cum judicare sit pe-
riculosum *glos. in l. rem non no-
vam C. de judic. in verb. presidio.*

A D C A P. XI.

Adqit. Leonard. Rice.

S U M M A R I U M.

1 Consultor syndicanus juxta Prag-
maticam tenentur suam decisionem defen-
dere coram iudice appellationis
declarando, sed non reservatur
circa hoc Pragmatica prædicta,
Et assignatur ratio.

Ad

Ad num. 130.

1 **A**Dverte quod in praxi non servatur, ut consultor suas defendat decisiones in syndicatu factas.

Nec servatur, quod Judex appellationis in syndicatu declaretur; nam ex inveterata consuetudine a syndicatoribus appellatur, tam ad Regias Provinciales Audientias, quam a M. C. V.

Quæ consuetudo habet fundamentum, & originem ab illa præminencia, quod de delicto officium sola M. C. V. cognoscit, quæ præminencia, cum aliis præminentiis M. C. V. sunt translatae, etiã ad Regias Audientias Provinciales, ex eo quia antiquitus in qualibet Provincia destinabatur Commissarius Generalis ejusdem M. C. V. in locum, cujus postea fuit destinatum Tribunal Regiæ Audientiae, & ideo Regiæ Audientiae successerunt, & habuerunt easdem præminencias M. C. V.

Et ideo non tenetur consultor venire ad R. Audientias, & ad M. C. V. ad suam decisionem defendendam. Et de consultore dabimus aliqua advertimenta in capite sequente.

S U M M A R I U M.

133 *Sententia syndicatus legi, & publicari debet per Actuarium syndicatus coram syndicatori-*

bus pro Tribunali sedentibus de verbo ad verbum, aliàs esset nullitas, & omnes syndicatores debent esse presentes, & etiam de nocte fieri, & publicari possunt, debetque vocam consultoris inseri.

134 *Appellatio facta per syndican-*
dum carceratum a sententia exi-
lii, vel relegationis, vel alte-
rius pena corporalis suspendit
executionem sententiae, sed non
poterit encarcerari appellatio-
ne pendente.

135 *Appellatio in causis syndicatus*
fieri non potest ad judicem secun-
darum causarum Baronis, sed
ad M. C. Vicario, vel ad Re-
giam Audientiam Provincia-
lem.

136 *Appellatione facta à sententia*
civili syndicatorum executione
demandari, prestita cautione in
casu retractationis, quæ appel-
latio non retardat executione.

137 *Nullitas vero impedit executionem*
sententiae, & datur cautela,
ut detur terminus dierum
duorum ad nullitates producendas,
& in eodem termino discutiendum.

138 *Elapso termino bidui quid faciendum.*

139 *Fidejussor, & principalis carceratur*
pro fidejussione data in
syndicatu, & contra eos exequitur

- tur in bonis, & carcerarius pro clavibus carceris habendis compellitur a syndicatoribus, & potest carcerari.*
- 140 *Jurisdictio syndicatorum explicari non potest absque potestate clavium carceris, omnia enim censentur permessa, sine quibus jurisdictio exerceri non potest.*
- 141 *Executio non fit personaliter, nisi in subsidium, sed juris forma servata, & cum mandato ad reluendum.*
- 142 *Syndicandus, qui est pauper, si sine dolo judicavit, gaudet beneficio, ne teneatur, nisi in quantum facere potest.*
- 143 *Melius est mori, quam inhonestè vivere.*
- 144 *Mandato ad reluendum elapso, fit licentia de vendendo legitimis subbationibus, & plus offerenti liberando, citato tamen Domino executionis.*
- 145 *Emptore non reperto in subbatione eliguntur appretiatores non suspecti, & fit appretium.*
- 146 *Bona executi adjudicantur creditoribus, juxta appretium factum citato debitore, aliàs nulla esset adjudicatio.*
- 147 *Jus offerendi cessat post factam adjudicationem.*
- 148 *Creditor anterior pro sorte, est anterior pro interesse.*
- 149 *Fidejussore reperto inhabile debent syndicatores de eorum marsupio solvere.*
- 150 *Fidejubere possunt etiam iidem syndicatores.*

C A P U T XII.

De sententiis syndicatus publicandis, & de ipsarum executione.

- 133 **V**Otatis causis omnibus syndicatus per consultorem electum non suspectum præfatæ sententiæ legi, ac publicari debent per Actuarium syndicatus coram syndicatoribus pro Tribunali sedentibus a verbo ad verbum, aliàs sententiæ nõ valerent, *Anna in sing. 473.* & omnes syndicatores debent esse præsentés, aliàs si ab uno ex syndicatoribus publicarentur, essent nullæ, *l. sicuti, ff. de arbit. l. item si plures ff. eod. tit.*

Et si legerentur vota consultoris v.g. ita consulto, esse condemnandum, essent nullæ cum debeat inferi tenor, *Maranta in sua spec. in 16. dist. n. 23. rubr. in invalidum invalidum est, licet sententiæ de nocte fierent, & probarentur, non valerent. Vant. in tract. de nullit. ex defectu jurisdict. n. 132.* tamen secus est in sententiis syndicatorum, quæ valent, cum jurisdictio ipsarum sit paucò tempore duratura, *Mars. in sua præf. crim. in §. constante n. 10. circa medium.*

T

Et

Et publicatis sententiis præfatis, si contingerit quod esse condem-
 134 nandum syndicandum ad aliquã poenam corporalem ad exulandũ, vel ad relegandum, & si fuerit appellatum à præfata sententia a syndico, vel à querelante, à minoritate pænæ, & syndicus reperiretur carceratus, appellatione pendente, non posset excarcerari, *Caravit. in ritu 261. n. 3. Anna in 32. secus est, quando Fiscus appellasset ab aliqua sententia, Carav. in ritu 258. n. 3.*

A qua sententia syndicatorum non potest appellari ad Audienciã secundarum causarum Baronis, sed ad Regia Tribunalia Regis, 2
 135 quo fluxit jurisdictio syndicatorum, *Carav. in ritu. 295.* nam jurisdictio debet fluere ad illum, a quo fluxit. *Vant. in tract. de nullit. in rubr. de nullit. ex defectu jurisdictionis n. 10. Gramat. voto 28. n. 12.*

Sed si syndicus, vel querelantes appellaverint à præfata sententia prolata pro causa civili ipsos syndicatores præstita cautione in casu retractationis, potest
 136 exequi Reg. Pragmatica Regie dignitati. *Niger in cap. Regni iterum statuimus, in rubr. de synd. quo ad capitale, non autem quo ad expensas, Afflic. dec. 231. m5. Et in dec. 358. n. 8. sed si fuerit de nul-*

litate dictum non possunt exequi, appellatione pendente. *Prag. 2. de appell.*

137 Exceptio nullitatis impedit executionem sententiæ, ut dicit *Stephanus Gratian. in Rota Provincia Marche dec. 18. n. 3. l. condemnatum. ff. de re jud.* Sed quando à syndicus sententiis fuerit appellatum ego dedi terminum dierum duorum ad producendas nullitates, & infra eundem terminum discutiantur, quo termino elapso, & non militantibus nullitatibus providi, quod rejectis nullitatibus præfatis exequantur, cum cautione restituendi in casu retractationis, quando præfate nullitates non militarent, & essent calumniosè præpositæ, & exequi sententias feci juxta formam Regiæ Pragmaticæ Regie dignitati, & si terminus præfixus ad producendas nullitates, esset elapsus, & nihil produ-
 138 xisset, censetur renunciatũ nullitati, terminus elapsus habet vim sententiæ, *Garf. Mastrillus in Regno Sicilia, dec. 11. n. 5. Anna in alleg. 93. n. 6.*

Nam syndicatores possunt providere circa allegatas nullitates cū ipsorum jurisdictio non aspiret, *l. si ut proponis, C. quomodo, Et quando judex, Et l. 1. C. eod. Fehyn. in cap. qualiter, Et quando, extra de accusat. Gar. Mastrillin Regno Sicilia in dec. 62.* Pro

139 Pro fidejussione præstita per syndican-
dum in syndicato, pos-
sunt principalis syndican-
dus, & fidejussor carcerari, ac ipsorum
bona exequi, *Vincent. de Franc.
dec. 200. nu. 3. Anna in sing. 69.*

Pro quorum carceratione car-
cerarius clavium carceris detentor
pro habendis clavibus præfati
carceris, possunt astringi, compelli
ad dandas claves præfatas syn-
dicatoribus, & præfati syndicato-
res possunt facere mandatum pœ-
nale præfato carceris clavium de-
tententori, quod sub tali pœna
Regio Fisco applicanda, statim
consignet claves, & non obediens
potest carcerari, & centorari Per-
ceptor proventuum M. C. V. pro
exactione pœnæ prædictæ, ut dixi
supra in prima parte n. 229.

140 Cum jurisdictio syndicatorum
expediri non possit absque hu-
jusmodi potestate, & omnia cen-
sentur permissa, sine quibus syn-
dicatorum jurisdictio exerceri non
posset, ut dixi supra in prima
parte n. 134.

141 Sed quando sequitur virtute
prolatæ sententiæ, non potest exe-
qui personaliter, sed juris forma
servata, *Afflict. dec. 215. l. a Divo
Pio, §. in venditione, ff. de alias
nulliter iudex agit, Gars. Mas tril-
tus dec. 99. n. 4. Regni, Sicilia, &
facta executione, ac relatione,*

est faciendum mandatum ad re-
luendam, *glos. in l. fin. C. de jur.
dom. impetr. l. 4. ff. de distract. pign.*
infra dies duos secundum consue-
tudinem omnium Curiarum Re-
gni, & si bona non extarent, nec
nomina debitorum, syndican-
dus esset carcerandus. Nam qui non
habet in ære, luat in corpore,
*Decius in l. si quis id, quod ff. de
jurisdict. omnium jud. colum. 3.
in 1. not. l. fin. ff. de in jus vo-
can. Vinc. de Franch. dec. 358. in
2. volum. n. 1. §. 3.*

Sed si præfatus syndican-
dus 142 allegaverit se esse pauperem,
& non possideri aliquid, nisi in
quantum facere potest, si fuit
condemnatus per imprudentiam,
aut imperitiam, non posset car-
cerari, *Boss. in tit. de off. pecun. n.
23. in sua pract. crim. secus si per-
dolum, aut fraudem judicaverit.*

143 Sed hoc nunquam discutitur,
cum pro honore syndican-
dus statim solvit condemnationem,
honor cunctis rebus est præferen-
dus, & melius est mori, quam in-
honestè vivere, ut dicit Divus
Augustinus *in tit. de Civitate Dei
lib. 1. cap. 18. Rota Avenion. decis.
123. n. 10.* honor est præferendus
etiam commodo pecuniario, *Listi
§. quod fin. ff. quod metus causa
dicit, quod timor ammissionis
honoris est major timore mor-*

tis, ut sequitur *Caravita in rita* 5. n. 2. Honor est præferendus cunctis rebus, & ideo officialis ob condemnationem, non est verisimile pati se carcerari, sed solvi.

Si vero fuerit tempus elapsum
144 præfixum in mandato ad re-
luendum bonorum exequutorum
syndicandi, Parte petente licen-
tiam de vendendo, syndicatores
impartiri debent licentiam de
vendendo bona exequuta, & ven-
di legitimis subhastationibus præ-
cedentibus, *l. miles §. penult. ff. de*
re jud. & plus offerenti liberari,
& est citandus syndican-
dus dominus exequutionis, *Affl. de*
sum. 10.

145 Et si forte non reperitur em-
ptor tempore subhastationis exe-
quutionis vendendæ, debent eligi
appretiatores non suspecti ad ap-
pretiandam exequutionem præ-
dictam, *Capyc. dec. 128. in fin. An-*
na in sing. 274. præfixo termino
ad producendos suspectos si quos
Partes habent, qui appretiatores
electi non suspecti appretio facto
debent in scriptis appretium re-
ferre, & non requiritur citatio,
Anna in sing. 78.

Bona præfata exequuta sunt
146 adjudicanda creditori, & in ad-
judicatione est citandus syndican-
dus dominus exequutionis, aliàs
nulla esset adjudicatio, *Affl. de*
cif. 187. 7. 3.

147 Qua adjudicatione facta ces-
sat jus offerendi, *Affl. d. decis. 187.*
Anna in sing. 443.

148 Et qui habet anteriorem hy-
pothecam pro sorte principali ha-
babit anteriorem hypothecam
pro interesse, *l. Lucius ff. qui por-*
in pign. habeantur.

149 Sed si fieret exequutio contra
fidejussorem syndicandi, & repe-
riretur inops, & inhabili, syndi-
catores debent de eorum marsu-
pio reficere, *Boss. in tit. de car-*
cer. fidejus. comm. n. 70. in sua
pract. crimin.

Immo si idem syndicatores si-
150 decessissent, tenerentur, *Paris de*
Putco in tract. synd. in verb. fi-
dejussor, n. 6. cum quilibet possit
fidejubere pro alio, *ff. de fidejus-*
sione, & mandat.

Et uni ex syndicatoribus fidejus-
soribus præfatis syndicandi non
datur actio contra aliū, nisi actio
sit certa, *l. ubi fidejussor ff. eod. tit.*
ibi Bar.

A D C A P. XII.

Additio Leonardi Ricci.

S U M M A R I U M :

1 *Voti Consultoris insertio, sive*
extensio, quando votum mitti-
tur a Consultore absente. secus,
ubi Consultor est præsens.

Ad num. 133.

1 **H**Æc, quæ dicit Auctor vo-
tum Consultoris esse infe-
ren-

rendam , intelligenda essent juxta per me tradita in primo tom. meæ Praxis qu. 15. de subscriptione facienda per capitaneum, & consultorem nu. 11. & sequ. quod tunc votum consultoris debet inferi, quando consultor est absens à loco judicii, aliter esset nullitas, ex communi opinione scribentium teste Maranta & Foller. in addit. ad Marantam par. 4. dist. 16. num. 26.

Sed quando consultor est præsens in loco judicii, non inferitur tenor voti, sed extenditur sententia per syndicatores, in qua dicitur cum voto infra scripti consultoris, quæ sententia subscribitur, tam à syndicatoribus, quam à consultore.

S U M M A R I U M.

- 151 Expensæ taxari possunt cum voto consultoris, sed non exequi appellatione pendente, imò nec taxari possunt, si fuerit per superiorem inhibicum.
- 152 Taxari non possunt, si in sententia non fuit reservata potestas taxandi, & a nimia taxa appellatur.
- 153 Salarium syndicatorum non venit in taxa expensarum, & assignatur ratio.
- 154 Acta debent solvi secundum pandectam loci, in quo syndicatus geritur.

155 Salarium Advocati, & Procuratoris taxatur arbitrio judicis inspecta qualitate personarum, causarum, & consuetudine.

156 Advocatus non tenetur gratis advocare, nisi pro Ecclesia, & pro paupere.

157 Infra duas uncias potest exequi præstata cautione, sed pro expensis non potest exequi, sed si fuerit dictum de nullitate, imeditur executio, etiam infra duas uncias, & nullitas debet proponi coram superiore.

158 Consultoris diætæ taxantur ad rationem carolendorum quindécim inclusis cibariis, & aliis expensis, & quilibet condemnatus contribuit pro raris.

159 Justa causa querelandi non excusat ab expensis.

C A P. XIII.

De expensis in syndicata taxandis.

- 151 **E**Xpensæ ad quas syndican- dus, vel querelantes fuerint condemnati in syndicatu per syndicatores de voto consultoris non suspecti possunt taxari, sed non exequi appellatione pendente, Carav. in ritu 257. Anna in 312. Sed si fuerit per superiorem inhibicum, non possent taxari neque exequi, Caravit. in ritu 297. num. 24. & 25.

152 Et quando in sententia non adesset clausula reservationis expensas taxandi, quarum taxationem nobis servamus, non possunt taxari cum iudex officio suo functus sit, sed officialis superior taxat, *Carav. in rit. 3 10. n. 2.*

Et si expensæ fuerint taxatæ, potest appellari a nimia taxatione expensarum, *Carav. in rit. 298. num. 22.*

153 In quibus taxandis expensis non venit salarium syndicatorum, cum Universitas teneatur illud solvere syndicatoribus *Lannonas, C. de mil. ann. lib. 12. Paris de Put. in tract. in verbo robaria, cap. 5. incip. An syndicatores, n. 2. 2. in verb. expensæ, num. 5.*

Ubi dicit, quod officialis visitans provinciam debet suis sumptibus visitare, & sic dum Universitas petat officialem syndicari in præfato loco, debet ipsa Universitas salarium solvere syndicatoribus.

Et fit lista per Actuarium syndicatus omnium expensarum in syndicatu erogatarum.

154 Et acta debent solvi secundum pandectam illius loci, in quo syndicatus geritur.

Et contracta interpretatur secundum consuetudinem loci, in quo est celebratus, *Affl. dec. 226. num. 4.*

Salarium vero Advocati, & Procuratoris est taxandum arbitrio iudicis inspecta qualitate personarum, & causarum consuetudine, *Bart. in Lab. exequatoris ff. de appellat. & relat. n. 15. vers. item si iudex,* nam non est solvendum quantum promissum est, aut solutum, sed quantum justum iudici videbitur, *Magon. dec. Flor. 10. n. 3. Guid. Papa dec. 155. n. 1. & debetur etiam, si partes concorderint, Magon. dec. 12. n. 3. quinimo debetur salarium Advocato in principio causæ, in medio, & fine, Magon. dec. Florent. 12. n. 5. & salarium debetur quantum iudici videbitur, & videtur justum Carav. in rit. 3 10. n. 10. & solvitur pro modo litis, ac Advocati facultia, & fori consuetudine, l. 1. §. in honorariis ff. de variis, & extraordin. cognit. glos. in l. 1. ait prætor ff. de postul. ideo actuarius non debet describere præfatum salarium in lista, sed in albo listæ, cum sit taxandum per consultorem syndicatorum.*

156 Advocatus non tenetur gratis advocare, nisi pro Ecclesia, & pro paupere, *glos. in cap. statutum, §. insuper in verb. pauperes in fin. de rescript. in 6.*

Et licet summa alicujus sententiz non ascenderet unicas duas pro capitali posset exequi, præstita

stia cautione, *Carav. in ritu 257.* tamen pro expensis non possit exequi, *Caravita in d. citato ritu 257. vers. 3. intelligere n. 5.*

Sed si de nullitate est dictum non potest exequi appellatione pendente. *Anna in alleg. 299.*

Quando opponitur nullitas, coram quo fuit sententia prolata nunquam annullaretur sententia, quoniam versaretur turpitudine in declarando sententiam nullam, & propterea debet convolare ad superiorem, *Vannius in tract. de nullis. in rubric. coram quo possit. Et debeat nullitas proponi nam. 11. fol. 29.* cum nemo debeat esse suæ propriæ iniquitatis cognitor.

Salarium consultoris si venerit ad decidendas causas, est taxandum pro dietis pro rata cuiuslibet querelæ sùptibus succumbentis, v. g. si sunt decem querelæ, & causæ, & consultor steterit per decem dies, solverentur pro qualibet dieta cum consultoris servo caroleni quindécim, qui debent dividi inter Partes condemnatas pro rata, in quo salario connumerabuntur cibaria, & aliæ expensæ factæ in syndicato, & quælibet Pars tenetur pro rata sua contribuere, *Affl. dec. 215. n. 1. in fin.* & præfatæ expensæ debentur ultra præfatum consultoris salarium à Parte succumbente, nam

succumbens debet in expensis condemnari, *Paul. de Cast. in l. destitisse ff. de judic.* ubi dicit, quod actor dum succumbit est in expensis condemnandus, debuit venire benè præstitus ad iudicium, ac instructus, cum erat in potestate sua, quando ageret, secus est in reo, ut in *l. pure, §. fin. de doli except.* ubi is au en, cum quo agitur, non habet potestatem, *l. si quando C. de dilat.* ubi actori dilatio non est danda, sed reo, quia ad alienum iudicem citatus tibi prævidere non potuit.

Sed iusta causâ querelandi non excusit ab expensis, nec iusta causâ tuendi syndicandam excusat ab expensis, ut dixi supra.

A. D. C. A. P. XIII.

Att. Leon. Ricc.

S U M M A R I U M :

1. *Expensæ non solvantur accusatori in criminalibus.*
2. *Expensæ in causis civilibus reficiuntur à victo, victori, quando iusta causa victum non excusat, quæ causâ est arbitraria iudici.*
3. *Expensæ in causâ syndicatus, omninò reficiendæ sunt à succumbente, & iusta causâ cum non excusat, & assignatur ratio.*
4. *Plures succumbentes tantum in solidum.*

5. *Ex-*

5 *Expense concernentes Syndicatores, & Actuarium fiunt gratis, & in taxa expensarum non taxantur dicta sportula, sed solum taxatur salarium consultoris, & expense concernentes partem victricem, ut sunt expense scripturarum, testium, dietas, sive viatica.*

6 *Expense Syndicatus taxantur, & reficiuntur, quae ad consultorem, & ad Partem victricem pertinent, nam quae pertinent ad syndicatores, & Actuarium fiunt gratis, & non taxantur.*

C *Irea expensas Syndicatus est videndus Reg. Sanfel. dec. 346. & addit. ibidem, ubi latissimè.*

Ego vero juxta morem brevitati inserviens dico, quod licet in practica non damnatur ad expensas in criminalibus, ne accusator terreatur timore solvendi expensas. *Caravita ritu 297. Sanfel. decis. 54. n. 2. Gram. decis. 59. in princip.*

2 *Et in civilibus quælibet levis causa excusat ab expensis solvendis, & arbitrarium est judicis condemnare, vel absolvere, addit. ad Sanfel. d. decis. 346. vers. & licet, ut diximus ex Greg. XV. dec. 125. num. 5. Zuccar. dec. 17. in fin. in civil.*

3 *Tamen in causis Syndicatus aliter dicendum est, dum Pragm.*

1. *de Syndicatu statuit per verbum præcipuum, ut cogat succumbentem ad expensas Parti, & consultori satisfaciendas: ibi, & ad expensas parti & consultori præcipuè cogendo satisfaciendas.*

Transgredi itaque non potest hæc forma, sub qua jurisdicção est concessa, ut per *glosam in clementina 1. de jure patronatus, & in c. Ecclesia vestra de electionibus relata per Muscatellum, in glosa condemnandum p. 7. num. 84.*

Et per hanc Pragmaticam omnino Pars succumbens cogenda venit ad expensas satisfaciendas, tam Parti, quam consultori.

Et nulla justa causa potuerit succumbentem in syndicatu excusare ab expensis reficiendis quod est particulare in causa syndicatus, ex præsumpta calumnia, & dolo, ex quo tam querelans, quam syndicanus debuerat prius considerare, si, vel non querela militaret, aliàs arguitur de temeritate succumbentis, & de dolo sufficiente ad expensarum condemnationem, juxta doctrinam *Abbat. cons. 78. in fine, ex l. cum quam tenerè, ff. de judiciis, & in l. properandum, §. sint autem, C. eod. Sanfel. d. decis. 346. num. 9. & 11.*

Imo si absoluto syndicando plures querelantes succumbunt; nam
exe-

Executio pro expensis est facienda in solidum, & non pro rata, ob dictam præsumptam calumniam, quam querelantes adhibuerunt in querelando, quæ calumnia est delictum de per se, quod delictum remanere non debet impunitum.

Adeo quod si succumbentes non habent in ære, luant in corpore, quia illa condemnatio expensarum est poena descendens ex delicto calumniæ.

Et qui est solvendo, solvit pro pro omnibus succumbentibus, & supplet portionem coram illis, qui solvendo non sunt, & solventi solidum faciendum non est cessio, nec competit actio contra socios in delicto. *Rov. in d. Pragm. n. 66. ex Crivello decis. Dolata 25. & Bavadii lib. 2. cap. 21. n. 251.*

4 Notandum est etiam, dum in *d. Pragm. 1. de syndic.* statuit succumbentem cogendum ad expensas Parti, & Consultori, dicta Pragmatica comprehendit expensas intrinsecas, & extrinsecas, quia generaliter, & indistinctè loquitur, & quod lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.

Intrinsecæ enim expensæ sunt omnia necessaria circa litem, ut expensæ Advocati, Procuratoris, scripturarum, & sunt cibariæ, & testes.

Extrinsecæ sunt, quæ contingunt ultra expensas necessarias, ut si egrotaverit, si captus sit ab hostibus, & similes, *Theaur. decis. 67. Fontanell. dec. 97. nu. 13. Cancer. resol. 6. par. 2. n. 32. & Guid. Pap. decis. 625.* & signanter veniunt dietæ vacatæ per syndicanum *em Textu in l. cum quem temerè in princip.* dum de viaticis, & sumptibus litis loquitur, ut notat *Rebus in tract. de expensis art. 5. glos. unic. n. 20. & 21.* ac etiam damna contingentia ratione personæ, ut si tamquam artifex non potuit ille laborare, & ratione rerum suarum, in quibus adhuc damnificatus fuit, debentur expensæ ratione retardati processus, & temeritatis, *Carav. rit. 298. n. 10. & 20.*

5 Aliud singulare notandum a nemine forsân notatum, quod ex verbis dictæ Pragmaticæ, ut succumbens cogatur solvere expensas Parti, & Consultori clarissimè decidit, quod non sunt reficiendæ expensæ syndicatoribus, & astuario, hinc praxis notoria inolevit, ut acta syndicatus fiant gratis, & etiam gratis transmittuntur ad M. C. V. vel ad Regias Audientias in gradu appellationis vel nullitatis, & legislator voluisset comprehendere sportulas, & expensas Astuarii, & syndicatorum, dixisset, non dixit, ergo noluit, & sic acta fiunt

V gra-

gratis a Syndicatoribus, & ab Actuario.

Et ratio, quia Syndicatores, & Actuarius sunt cives, quibus impartuntur officia Universitatis, ut cetera officia, vel cum salario, vel sine juxta consuetudinem loci, sed consultor non est Civis, & adhibetur consultor de conviciis sumptibus Universitatis petentis, in damnum vero succumbentis, & in damnum succumbentis debent refici Parti victori dietas, & alias expensas scripturarum, testium, & similium, & aliud, quia aliud non dicit Pragm. dum cives Syndicatores, & Actuarius sustinendo onera personalia Universitatis, vel mediante salario, vel sine, juxta morem illius Universitatis debent suum officium explere gratis respectu querelantium, vel Syndicandi, quod nota bene, quia hanc difficultatem nemo explicavit, nec ponderavit.

6 Demum nota, quod expensæ legitimæ moderatæ taxantur, non autem immoderatæ, *Negus. quest. 360. n. 33.*

Unde licet taxatores solent taxare dietas Syndicandi libertati a Syndicatu, juxta taxam, quæ fieri solent, quando aliquod negotium committitur Doctori, vel illi qui Doctor non est, tamen solent prudentes Judices M. C. Vi-

carie dictam taxam moderare, & reducere, habita consideratione, quod fiscales Regiarum Audientiarum gaudent salario 25. ducatorum quolibet mensæ, & officialis Regius, vel Baronialis, qui est minoris dignitatis, meretur minorem taxam, & multo minorem, & qui aliter facit non bene facit.

S U M M A R I U M.

- 166 Actuarii Syndicari parere debent.
- 167 Testium dicta integra scribere debent, tam pro fisco, quam contra, alias de falso puniuntur.
- 162 Puniantur etiam quando ante publicationem dicta testium revelant Parti.
- 163 Nec querelans in causa criminali, processum videre potest ante publicationem.
- 164 Obligationes, nisi judice presente, vel eo mandante fiant, sunt nullæ, & debent subscribi à duobus testibus contrahentes cognoscentibus.
- 165 Relatio Nuncij intimantis, si non scribitur, erit nullitas ex defectu citationis omisse, & Actuarii punitur.
- 166 Actuarii querelas verbales, absque libello porrecto scribere non possunt.
- 167 Actuarii non possunt alios substituere.
- 168 Pan-

- 168 Pandectam servare debent, & solitum, & consuetum salarium accipere.
- 169 Acta iudicii qua sunt acta litis, & conservatio scripturarum spectant ad Actuarium.
- 170 Processus custodiri debent per Actuarium, & non per officialem.
- 171 Scripturam occultans, comburens, vel lacerans tenetur pena falsi.
- 172 Corruptens Actuarium perdit causam, & propria curia cognoscit de ipsorum delictis.
- 173 Actuarii carent jurisdictione, & non possunt carcerare, alias puniuntur pena usurpatæ jurisdictionis.

AD CAP. XIV.

De syndicato Actuarium Temporalium,

Actuarii temporales omnium Curiarum Regni syndicatu parere debent, ut dicit capitulum Regni item quod predicti, in rubr. quod officiales, & actuarii sint annales, & ibi Niger. nu. 2. Anna in alleg. 15. n. 6. nec possunt pro subsequenti anno confirmari, ut ibidem Anna n. 1.

Debent dicta testium integre scribere, tam pro Fisco, quam contra Fiscum, ut in Reg. Pragm. incip. Item quia, in rubr. de offic. iustitiarum, Carav. in ritu 234. n.

3. Niger in cap. Regni si cum sceleratis, nu. 37. in rubr. de prob. M. C. V. nam testis debet dicere veritatem pro utraque parte, Vinc. de Franch. dec. 22. n. 7. in prima parte.

162 Et si non scribunt dicti testium possunt de falso puniri, tuam quam occultantes veritatem, J. presbyteri C de episc. & cler. proditor dicitur, qui veritatem non pronunciat, cap. nolite timere, in verb. proditor 11. q. 3. Ludov. Aster. Corron. in cons. 1. n. 4. occultatores veritatis possunt de falso puniri. Angel. de malef. in verb. salario n. 20. in fin.

Et puniuntur etiam, quando ante publicationem processus Actuarii demonstrant processum Parti, aut dicta testium. Paris de Put. in tract. de synd. in rubr. de excess. advoc. n. 9. vel quando secreta Partis alteri Parti revelant, ut faciunt advocati, Paris ibidem num. 6.

Si fuerit etiam querelatus in 163 causa criminali non potest processum videre ante publicationem causæ, nisi prius renunciaverit probationibus futuris, ut dicit aurb. inno. in tract. Marini. Frecc. de liquid. istrum. in addit. nu. 53. in 4. consideratione in fine, & dicta practica quotidie utitur M. C. V.

164 Nec possunt obligationes capere, nisi iudice præsente, vel eodem mandante, alias essent nullæ, *l. in star, C. de iur. Fisc. l. 10. hodie est Reg. Pragmatica in rubr. de act. pragm. 14. § 15.* quæ dictant, quod actuarii non possint capere obligationes, absque subscriptione duorum testium cognoscentium, contrahentes cum clausula annullativa, sub pena ducatorum mille: Actuarii vero Sacri Regii Consilii, Regiæ Camerae Summariae, M. C. V. qui cum sint vita durante, non syndicantur, sed visitantur à Domino Regio Visitatore, *Caravita in ritu M. C. V. 295. num. 59.*

Et præfati temporales actuarii, & ipsorum scribæ, quando non scribunt relationem nuntii intimantis scripturas Partibus, acta dicentur nulla ex defectu citationis ommissæ, cum citatio nullatenus omitti possit, juxta *l. de unoquoq; ff. de re jud. & negligentes scribere relationes in actis, possunt puniri Actuarii, Menoch. in tit. de arbitr. jud. casu 341. nu. 4. cent. 4. lib. 4.* Et cum Partem læsit in non scribendo relationem, tenentur ad interesse Parti, *Menoch. in tract. de arbitr. jud. qu. 63. n. 2. § 9. lib. 2. cent.* & Actuarius tenetur ad expensas, si absque dolo per oblivionem scribere relationem

intimationis omiserit, sed si dolo fecerit, tenetur poena falsi, tanquam cælans veritatem, *Angel. de malef. in sua pract. crim. in tit. de falsis n. 139. fol. 99.*

In syndicatu pariter Actuarii præfati tenentur, quando scribunt querelas actionum, querelarum, & verbalium, absque libello porrecto per Partem querelantem, juxta formam Regiæ Pragmaticæ de offic. Actuarii incip. *Item, che nessuno degli Accuarii, quæ regia pragmatica habet locum in toto regno, Caravita in ritu 311. n. 8. § 9.*

Et quando capiunt querelas frivolas in eorum bastardello, & cartulis seu carta, & follis maculatis oleo, & negridine, quæ scripturæ redduntur suspectæ, *Bald. in l. contractus col. 3. vers. adde, quod justum, C. de fide instrum. Ale. in l. prætor § si initium col. 1. ff. de edendo, & quod pejus examinant testes, in præfatis querelis in absentia officialis, & pro lucri cupiditate scribunt aliter, quàm testes deponunt, ut apparet experientia, & ideo ad removendum præfata, omnes testes sunt examinandi eorum officiali, & subscribi oportet depositiones testium, Clarus in sua pract. crim. in qu. 53. vers. quintus est casus in fin. cum sit obviandum hominum*

num

num malitiis, *l. in fundo, ff. de rei ventur. in verb. neque enim malitiis indulgendum est.*

167 Nec Actuarii possunt alios substituere, cum personæ industria sit electa, *l. inter artifices, ff. de sol. Niger. in cap. Regni, Item quod predicti, n. 4. rubr. quod officiales serviant de persona, & debent assistere de persona.*

168 Et debent observare pandectam, & recipere salarium solitum, & consuetum actorum.

Non acta iudicii dicuntur cautiones, satisfactiones, & consilia, acta vero litis dicuntur testium attestations, & omnia factum respicientia, *Guid. Pap. decis. 516. n. 4.*

Et tenetur conservare omnes scripturas præfati Actuarii, *Caravita in rita 24. n. 1.* conservatio scripturarum spectat ad Actuarium.

Ideo processus debent custodiri per actuarium, & non per officialem, qui tamdiu processus debet retinere, quamdiu eis intendit officiales studere pro proferenda sententia, vel providendi causa super aliquo causæ incidenti.

Et occultans, comburens, lacerans scripturam tenetur poena falsi, *Angel. de malef. in sua pract. crim. in verbo falsario num. 20. in*

fin. & si occupaverit librum mandatorum, vel obligationum, vel contumaciarum ita quod non appareat veritas, tenentur poena falsi, Thestur. dec. Pedemont. 17. secus est, quando aliquis confecit librum, aut scripturam ad sui commodum, & instructionem, nam quilibet rei suæ fit arbiter, & moderator, l. in re mandata, C. m. m. d.

172 Corruptens vero Actuarium per causam, *l. in fraudem, §. quoties de jure Fisci, l. si quis obreserit ff. de fals.* nam Actuarius non habet, nisi potestatem scribendi, ac testes examinandi. *Carav. in rita 9. n. 4. in fin.* & quamvis Actuarius dicatur officialis, propriè tamen non est officialis, *Carav. in rita 49. n. 23.* idcirco propria curia cognoscit de ipsorum delictis, *Vinc. de Franch. dec. 407.*

173 in secunda parte, & isti Actuarii non possunt cives carcerare, adescare tam principales inquisitos, quam testes, cum careant jurisdictione & possunt puniri poena usurpatæ jurisdictionis, ut dixi supra in prima parte, & in syndicatu possunt molestari.

A D C A P. XIV.

Addit. Leon. Ricci.

S M M A R I U M.

1 Actuarii non syndicanur, ubi immemorabilis consuetudo viget,

ger, non fuisse syndicatos Actuarios.

2. *Actuarius delinquens, licet improprie appellatur officialis, & delicta officialium sola M. C. V. cognoscit tamen delicta Actuariorum cognoscit, Baro, & propria Curia patrie Actuarii.*

1. **N**ota, quod hæc conclusio, ut Actuarii sunt syndican- di, limitatur in locis, ubi immemorabiliis consuetudo extat actuarios nunquam fuisse syndicatos, quia dicta consuetudo valet, & est potentior lege, & decisum refert, *Capiblanc. in pragm. 5. n. 184.* quæ sequitur *Scial. cap. 33. de foro competenti*, licet hoc non placet *D. Petra ritu.*

Ad n. 172. in fine.

2. Concludit Auctor, quod propria Curia cognoscit de Actuariorum delictis, hæc conclusio impugnatur ab *Anna in sing. 485. Gizz. dec. 24. Rovit. rubr. de offic. n. 4. & decis. 72. n. 50.* dicentibus, quod Actuarii delinquentes cognoscuntur a sola M. C. V.

Sed rejectis dictis Auctoribus, & aliis, hodie servatur, ut Actuarius delinquens cognoscatur a propria Curia suæ patriæ, & non per M. C. V. quia in hac materia ut odiosa contra Baronē, appellatio- ne officialium, veniunt strictè officiales, qui habent jurisdictionem,

& non Actuarii, & qui jurisdictionem non habent, & proinde improprie appellantur officiales, & in eorum delictis procedit Curia patriæ, *de Luca ad Franc. obs. 407. n. 6. ex Sanfelice. decis. 61. n. 7. Thorus in verb. Actuariis an officialis tom. 2. Scial. cap. 33. de foro officialium, n. 99.* ubi allegat *de Franch. dicta dec. 407. Caravica in ritu 49. n. 22. Foller. rubric. audiantur excusatores, n. 138. Danza tom. 1. de officialibus cap. 3. in fin.* ubi licet semel Actuarius non fuit remissus ad Baronē, tamen multoties postea fuisse remissos testatur.

S U M M A R I U M.

- 174 *Magistri nomen quid significat, & magister nundinarum dicitur ille, qui exercet, & habet merum, & mistum imperium in Nundinis.*
- 175 *Mercatores sunt immunes a solutione sportularum.*
- 176 *Pandecta loci debet observari in Nundinis tam cum cive, quam cum advena litigante.*
- 177 *Pietas in parre non in atrocitate consistere debet.*
- 178 *Sequestrium ut fiat, quæ requisita sunt necessaria.*
- 179 *Suspicio fugæ est probanda ad minus per duos testes.*
- 180 *Nemo capi potest de persona, absque consilio consultoris, sub pena*

- pæna ducatorum wille, & alia pæna arbitraria est tamen civilibus, quam in criminalibus.*
- 181 *Magister nundinarum in syndicatū tenebitur de indebito carcere, & permittent monopolium quomodo punitur, & quid sit monopolium.*
- 182 *Magister nundinarum non permittat vendere cibaria cariori pretio, ne cum monopolio notorio procedat ex officio.*
- 183 *Trigesimam esigere non potest magister nundinarum, nisi ex actu jurato.*
- 184 *Nec se intromittere potest in causis non concernentibus ad nundinas.*
- 185 *Atelle nundina habent specialem consuetudinem, & quæ sit.*
- 186 *Consuetudo loci conservari debet a magistro nundinarum.*

CAPUT XV.

De syndicatū magistri nundinarum.

Nomen magistri plures significationes habet, nam aliquando dicitur Magistri jurans. *Niger in cap. Regni, item statuimus, rub. quod non statuantur familiares, & magister portulanus tenetur parere syndicatui juxta formam provisionum iustrationū Regiæ Cameræ, magister gramaticæ qui habet levem actionem aduersus suos discipulos, Clarus in sua præf. sr im. in q. 56. vers. potest, Am-*

brosius Calepinus in suo Dictionario in verbo Magister. Nam magister nundinarum dicitur ille, qui exercet, & habet merum, & mixtum imperium in Nundinis.

Et in multis casibus, & causis tenentur in syndicatū, quando à mercatoribus exigit salarium duplicatum actorum, & decretorum, & non tractantur ut cives, cum actorum solutio sit facienda secundum justam pandectam illius loci, in quo nundinæ fiunt secundum supradictam consuetudinem.

175 *Quinimò mercatores debent esse immunes à solutione sportularum. Maranta in rubr. ut iudicium mercatorum n. 149. vers. cum in causis, ideo actor debet justum salarium solvere, ac reus.*

Nam civis litigans actor, & ad-
176 *vena reus litigans conventus coram magistro nundinarum non debet ad imparia judicari, cum sit equalitas servanda; l. terminato, C. de fruct. & lit. expens. Dynus in regula in iudiciis, n. 3. vers. item debet in iudiciis, de regul. jur. in 6.* Nam officiales omnes debent tenere subditos, sicut pater circa ejus filios, ut in *aut. ut iudices sine quoque suffragio, §. & eos, & in aut. h. jus jurandum*, quod præstatur ab his, §. *devotos autem.*

177 *Pietas autem ut in patre, & non in atrocitate consistere debet, &*

con-

consilium pro liberis capere *l. di-
vus ff. ad l. Pomp. de partic. l. nec in
ea, §. penult. ff. de adult. & ideo
magister Nundinarum debet tra-
ctare mercatores, & negotiantes in
nundinis sibi subjectos, & subditos
tanquam filios. Multoties magi-
ster nundinarum non solum eos
male tractat, sed procedit ad se-
questrum contra ipsos ad solam
creditoris assertionem, contra *leg.
unic. C. de prohib. sequest. pec.**

Cum in sequestro faciendo, non
178 nulla debeant intervenire, quod
summarie constet de jure credi-
toris, & vocetur ille, à quo preten-
ditur interesse, & in cuius præju-
diciū opponitur præfatum fieri,
& qui petit fieri sequestrum fa-
ciat ad sui juris, & indebiti conse-
quutionem, & non causā calum-
niandi, & quod ex persona præ-
fati debitoris, vel alterius, contra
quem petitur sequestrum fieri, im-
mineat periculum, vel appareat
suspicio, ut in *l. Imperatores, §.
fin. ff. de appell. Et ibi glosa in verb.
apud sequestrum. Guid. Pap. dec.
246. quibus non potest fieri se-
questrum, Niger. cap. regni item
nullus, rubr. quod non arrestentur
num. 4.*

Neque personæ possunt de fa-
cto capi pro aliquo credito in
nundinis, nisi prius constet de cre-
dito creditoris summarie, *Niger*

*in cap. Regni n. 10. & ita observat
M. C. V. Nuntius Tartaglia in
sua praxi ejusdem M. C. Vicaria
rerum civilium, num. 53.*

Et suspicio fugæ est probanda
179 ad minus per duos testes, *Ca-
ravita in ritu 170. nu. 8. & lique-
re de credito, Paris in tract. synd.
in verbo captura, num. 16. cap. 1.
nam à captura non est incipien-
dum, nec ab exequutione l. 1. C. de
exequutione rei jud. l. 1. C. de prob.
sequestr. pecunie.*

Sed nulla facta discussione, ma-
gister nundinarum procedit levato
velo, de facto ad incarcerationem
personarum ad assertionem credi-
toris, absque consilio Consultoris,
merito per Illustrissimum, & Ex-
cellentissimum Dominum D. Al-
fonsum de Pimentel d' Herrera
Regni Proregem justissimum, fuit
emanata Reg. Pragmatica sub die
5. Februarii 1610. quod nullus of-
ficialis, sub pœna ducatorum mil-
le tam in causis criminalibus, quàm
civilibus possit aliquem capere de
180 persona absque consilio Consul-
toris, & alia pœna arbitraria rife-
rata, *Niger in cap. regni. statui-
mus, ut nullus n. 5. Et 6. rubr.
ut nullus officialis.*

Et procedens injustè ad captu-
ram, Magister nundinarum tene-
tur in syndicato actione injuriarū
181 & de indebito carcere, ut dixi
su-

Apra, potest pariter idem puniri magister nundinarum, quando requiritur ne fieri permittat, permittit per mercatores, aut cives, ut alias personas committi monopolium, tenetur Magister nundinarum poena denegatur iustitiae, v.g. quando panis venditur gravis quinq; chariori pretio, dum valet gravis duobus, aut in vino, vel in alia re comestibili, vel alia re, dicitur committi monopolium, & possunt tales puniri vendentes chariori pretio, vel ultra quem fuerit taxatum per iudicem, *Mench. in tract. de arbit. jud. causa 384. lib. 2. n. 1. § 2.* & isti tales monopolium committunt, & inter eos conjurando, *kanica C. de monopol. § ibi. Azo in sua summa, Rota Avenion. dec. 39. n. 7.*

182 Ideo Magister nundinarum debet animadvertere, ut ciberis in nundinis vendantur solito pretio, & non chariori pretio, prout inter cives, quoniam mercatores non debent male tractari, cum ex humanitate debeamus favere, *cap. pass. 80. dist. § in cap. Judic. de test. ubi oportet eis ex sola humanitate favere.*

Et ideo magister nundinarum potest ex officio procedere in tali casu, cum monopolium, quod committitur a talibus sit notorium.

183 Nec magister nundinarum de-

bet trigefidam exigere a litigantibus, nec ab actoribus succumbentibus, neque a reo, nisi ex actu jurato, cum ex perjurio possit perjurius puniri poena extraordinaria, ut dixi supra n. 179. *Caravita in ritu 171. n. 2. circa finem, Maranta in suo spec. in 9. membro prima partis n. 95. in rubr.*

184 Advertatur circa exceptiones oppositas, quod non debet se intromittere in causis extraordinariis, & non concernentibus eas; *Maranta in suo spec. in verb. ut iudicium mercatorum, n. 83. § 85. in 9. dist. princip. & in nundinis non debet convenire in suo foro, aliqua extra causas nundinarum, & concernentes.*

185 Sed quoniam de immemorabili antiquissima consuetudine terre Atellae patriae fertilissimae, dotatae, viris literatis, viris probis, & maximis frugibus, & in anno fiunt duae feriae, S. Viti, & Sanctae Mariae de Mensis Septembris, & ego multis annis sui consultor Magistri nundinarum, ubi est consuetum transactis tribus diebus dietarum feriarum, quod cives possunt convenire in iudicio mercatorum, & coram ipso & excedens formam consuetudinis legem excedit, *Mench. de arbit. jud. q. 71. n. 3. lib. 1. quae praefata consuetudo tribuit jurisdictionem*

nem etiam alias non habent *l. fin. de aqua, Et pluvia arcenda, Menoch. in suo spec. in rub. ut iudicium mercatorum v. 92. in 9. dist. que consuetudo tanquam inveterata ab eisdem civibus continuata & approbata; est pro lege observanda, l. de quibus §. inveterata, ff. de legibus.*

186. Et ratio nundinarum debet observare consuetudinem loci, *glos. in exp. illud 12. dist. in verbo, Et legatus servabitur consuetudinem provincie, l. 3. in fin. ff. de test. & faciendum est, quod sepe est factum in nundinarum foro, l. 1. C. quod sic longa consuetudo, l. qui luminibus, ff. de servis praed. urban. l. 1. ff. de aqua, Et pluvia arcenda.*

Præterea potest causas civium determinare inter cives juxta solitum, & consuetudinem antiquam *Menoch. in tit. de arbit. jud. l. 1. §. 7. in 6. §. 8. quam consuetudinem ordinavit observari in feria Atellæ Doctissimus Doctor Marcellus Locterius civitatis Theanobilitissimus Gubernator Gener. status Principis Acoli.*

A. D. C. A. P. XV.

Addit. Leon. Ricci.

VIdé in primo tomo meth. praxis ubi adest caput undecimum de officio magistri nundinarum, ibique habes formulam patenti dicti Magistri Nundinarum, & de-

claratur jurisdicção, & potestad ipsius, ac practica procedendi in d. foro Nundinarum, & multa alia notabilia circa nundinas, *S. U. M. M. A. R. E. U. M.*

187. *Parlamentum Universitatis is officii non potest, absque intervenienu officialis ordinariji.*

188. *Officiales debent exigere a debitoribus Universitatis debitum liquidum, alias tenentur sine syndico.*

189. *Officiales non possunt pro subsequenti anno confirmari.*

190. *Syndicus, Et Electi non debent res Universitatis furari, alias privantur officio, Et interdicitur interim administratio.*

191. *Commissarius ad hospitandum admitti non debet, nisi exhibita commissione hospitandos, Et que danda sunt dicto commissario.*

192. *Capitaneus, aut Assessor admitti non debet, nisi exhibita commissione, Et prestita cautione de parendo syndicatui.*

193. *Abrenuntias quoque admitti non debet, nisi prestita cautione de parendo syndicatui, Et de servando pandectam, Et exhibita libertatariis litteris aliorum officiorum.*

194. *Pater, Officiarius syndicus, & Mag. non potest, nec debitoras Universitatis.*

- 195. Et in hospitiis contribuere debent, prout alii pauperes.
- 196. Rationalis est eligendus a computa videnda, qui non sit suspectus.
- 197. Syndicus, & electi non possunt seruire per substitutum, sacus in casu infirmitatis, vel absentia.
- 198. Et ipse inhabilis effectus, ad moperb non debet.
- 199. Syndicus, vel Electi participas in officio, etiam per interpositum per se non incurunt ad penam auctoris conseruati.
- 200. Et fraus ex coniecturis praebetur.
- 201. Conclusio paucorum, quando praesertim conclusio plurium.
- 202. Medicus, cuiuslibet rebus est praeforandus, imo Rectoribus Universitatis Electio Medicorum est commissa.
- 203. Reuelationes secretorum Universitatis penitentibus per se facta, et priuancur officio.
- 204. Nec possunt imponere impositionem aliquam Regia, nisi fuerit.
- 205. Electus pro uno modo non est administratus, sed idem officium per quinquaginta annos, & alia diuersa officia per tricenta anni, si in substitutione.
- 206. Et numerus, quinque filiorum, etiam excusat, nisi nexas sit bonum.

207. Aves sexaginta annorum excusat ob officio, pariter infirmi, absentes, & alii legitime impediti, aut litigantes, cum Uniuersitate.

C A P U T XVI.

De syndicato syndici, & electorum.

187. **S**yndicus, & electi officium administrare non possunt nisi sint electi a Popolo, cum interuentu officialis ordinarii, qui intervenire debet in parlamento Uniuersitatis, *Anna in sing. 367. pragm. 2. in rubr. de administrat. Uniuersit. & praesati officiales creati, possunt compelli, & cogi ad creandum syndicum subsequentem. Bart. in l. 3. nu. 18. In fin. ff. de alim. & cis. leg. quoniam absque Rectoribus Uniuersitas esse non potest, & si non fuerint electa Populo cum interuentu officialis, officium exerceere non possunt solo, et si fuerint creati.*

188. Qui officiales creati tenentur exagere a debitoribus Uniuersitatis legitimis a Rationali debitum liquidum, *Pragm. 11. in ebdem tit. de administrat. Uniuersit. adias tenentur in syndicato ipsi reddere Uniuersitati omne damnum, ac interesse, & pecuniam solvere ob negligentiam eorum non exactam.*

Nec possunt pro subsequent

289 anno confirmari; cum sint anuales, *Anna in allegat. 15. Vinc. de Frauch. dec. 210. in 1. vol.*

Non debent delinquere in officio præfato, & res Universitatis, aut pecunias furari, quoniam privari debent officio, & puniri, *Memoch. in tit. de arbit. jud. casu 341. cent. 4. lib. 1. nu. 8. & interrim interdicitur administratio, Vincent. dec. 8. num. 3. 1. vol.*

Non debent præfari syndicus, & electi admittere ad hospitandū aliquem Commissarium quacunque potestate, & auctoritate fungentem; nisi prius exhibita commissione hospitandi a superioribus sibi concessa, ut in *prag. 4. incip. D. Petrus Giron. sub die 14. Octobris 1584. edita per Illustrissimum, & Excellentissimum Ducem Ossunorum, tunc Vicerem;* & in præfata commissione mandantem, quod commissarius sit contentus lecto, oleo, & lignis, neque debet admitti ad hospitandum in domibus pauperum personarum, sed debent syndicus, & electi dare eidem commissario, omnia in dicta commissione contenta, scilicet lectum, domum, & paleam, de quibus commissarius debet esse contentus, ut in *pragm. 2. in rubr. de commissar. incip. Carolus Quintus.*

Nec debent syndicus, & electi

192 admittere Capitaneum ad exercendum officium, aut assessorem, nisi prius exhibita commissione, ut per *Annam in alleg. 143. v. 2. & præstata cautione de parendo syndicatui, ut dicit Reg. prag. incip. caveant. prag. 41. in tit. de offic. procur. Cesaris.*

Nec debent admittere Actuarium ad exercendum officium, nisi præstata cautione de parendo syndicatui, & de observando prædictam juraverit, & demonstratis literis per omnes superscriptos liberatoribus syndicatus aliorum officiorum, aliàs non admittatur. *Niger in cap. item statutus, nu. 60. de syndic.*

Non possunt eligi pater, & frater syndicus ut in *pragm. 15. eod. tit. nec debitores Universitatis prag. 16. eod. tit. & debent syndicus, & electi in hospitibus contribuere, præter alii pauperes; Annus sing. 282. & collectæ solvi debent servata forma appretii per appretiatores probate vite, Niger in cap. Regni perrecta rubr. de modo & forma appretii num. 23. & pro bonis diminutis diminuitur collecta, *Anna in alleg. 15. n. 1.**

Et isti syndicus, & electi sepe procedunt ad capiendum computum syndici prædecessoris, & electorum, per calculatorem electum, dum Rationalis sit eli-

gen-

8 Nella G.C. della Vicaria compare D. Antonio Piccolomini, e dice nel sindacato dato, come Governatore nella Città di Aversa a querela di Lorenzo di Roma, nulliter dalli sindacatori, e consultore fu condannato a restituire ducati 10. con danni, spese, ed interessi, ed in essa G.C. è stato dichiarato nullo detto decreto, ed ottenute le liberatoriali, perciò intendendo ripetere le spese giornate, danni, ed interessi, tanto da detto querelante, quanto da detti sindacatori, e consultore infolidum, fa istanza ordinarli la tassa, inteso anco il fidejussore, che ha pleggiato il querelante, citra pregiudizio delle azioni criminali in qualibet parte judicii, & signanter per la falsità delli Testimonj, salve &c. in ogni miglior modo, &c.
Fatta la monizione, ed intesi tutti, si fe' decreto fol. 110. del tenor seguente.

Formola del decreto.

In curia syndicatus magnifici

D. Antonii Piccolomini Governoris Civitatis Aversa cum Laurentio de Roma.

Die 20. mensis Decembris 1710.
Neap. F. V.

Per M. C. V. visa petitione fol. 136. & omnibus actis fuit provisum, & decretum, ac infra M. C. declarat deberi a Laurentio de Roma in beneficium magnifici Baronis Antonii Piccolomini expensas erogatas post interpositam appellationem per dictum de Roma decreti M. C. lari sub die 31. Maii labentis anni 1710. fol. 128., de quibus expensis fiat taxa per Scribam cause requisitis partibus pro causis, ut ex actis, hoc suum, &c.

Correale. Odoardi.
Izzus act. Marotta Scriba:
Advertimentum circa decreta prædicta.

Retroscriptum dictum decretum stante nullitate processus, declarare debebat expensas deberi, absque illa clausula post interpositam appellationem, vel debebat simpliciter committere taxam actuario causæ, nam expensæ debentur refici, & taxari, quas sunt tam in prima instantia, quam in grado appellationis, & Judex tenetur restituere sportulas receptas pro sententia, & actis nullis, Scialoja cap. 52. de foro compet.
Nec

Nec excusantur querelantes ab expensis factis in prima instantia frustando nulliter officialem, & quod iusta sit querela, aliter aperitur fraus vexandi officialem nulliter in sindicatu, & deinde prosequendi iustitiam coram Iudice ordinario, quod absurdum est, & decretum est contra expressum casum Prag. 1. de synd.

Decretum 3., & 14. nullitates ob stare.

9 In causa appellationis syndicus magnifici D. Thomae de Rosa olim Regii Gubernatoris Fidelissimae Civitatis Surrenti cum ejus querelantibus, ut in actis.

Die 7. Novembris 1698 Neap. F.V.

Per M.C.V. iunctis oculis visis actis fuit provisum, & decretum, ac ipsa M. C. declarat nullitates propositas pro parte magni D. Thomae de Rosa olim Gubernatoris Fidelissimae Civitatis Surrenti, tertiam, & decimam quartam militare, & proinde expendantur, & consignentur literae liberatoriales in beneficium dicti magnifici D. Thomae de Rosa, salvo iuribus, si qua competunt querelantibus in alio iudicio, & interim neutra pars pro expensis molestetur pro causis, ut ex actis, hoc suum, &c.

Guascus. Odoardi.

Carmignanus. Consentino.

Biscardus. Constantinus.

Salernus Mag. Act.

Questa copia è pigliata dal processo fol. 301.

Ed affinché il lettore sappia quale sia la 3., e 14. nullità, dice, che

La terza consiste come Francesco di Antuoni prosequi a scrivere gli atti, come Mastrod'atti nel sindicato, non ostante, che fol. 5. per replica fù con giuramento allegato sospetto, e fol. 7. per libello, e detto Mastro d'atti non fù eletto dal Regimento dell' Università precedente lista de' sospetti, ma eletto dagli stessi sindacatori.

E perciò l'elezione non essendo stata fatta dal Regimento, è nullità contro l' espresso caso della *Prammat. 1. de sindicatu.*

Ed avendo esercitato dopò dato per sospetto, gli atti sono nulli. *Anna sing. 489. Rovit. Pragm. de suspect. Official. nu. 18.*

La 14. nullità consiste, che avendo domandata la repulsa fol. 208. non vi fù interloquuto, nè concesso il termine sopra detta repulsa, e perciò li fù negata la difensione. *Foller. in prax. crim. rabr. concedatur repulsa num. 4. Caravit. rit. 83. num. 5. Ricc. decis. 29. num. 15. part. 3., & collect. 434. Sanfel. in prax. sect. 57. n. 17.*

Rocco

Rocco de official. tit. de modo procedendi in causa controbandi §. 14. num. 77.

Avvertimenti.

Nota, che in tutti e trè questi decreti nel presente capo inseriti per lo sindacato di Maratea, e di Aversa, e di Sorrento inavertentemente si è posta la clausola, pro causis, ut ex actis, la quale non si può ponere nelli decreti, se non solamente in Aula S.R.C., nemmeno dalli Regj Configlieri di detto S. R.C., a' decreti domi si può ponere, nè dalla Vicaria, nè da altri giudici inferiori, come avemo avvertito nel capo antecedente 12. e qui assignamo la ragione rapportata da *Afflitto nella Cost. Divor. Principum rubr. 42. fol. 59. num. 4.* dove dice, che la Costituzione, o Prmatica esorbitante non lega, che se osservi da esso Rè, che fa la legge: e perciò il S. R. C. che rappresenta il Rè, può assolvere dalle spese il foccombente dal sindacato, ma non può farlo la Vicaria, nè li sindacatori, che non possano appartarsi dalla Costituzione, o Prmatica, e allega *Alex. in l. 1. in princ. ff. quod quoq; jur.*

E nel num. 6. dice *Afflit.*, che il Giudice de appellatione succede nel luogo del Giudice a quo fuit appellatum, e perciò condanna

non solamente alle spese fatte avanti di se, *in causa appellationis*, ma le spese fatte avanti li sindacatori, e quelle può moderare secondo *Innoc. e Baldo nel cap. sepe de repellat. in 3. coll. ff. de rejudicata l. fin. C. de appellat. l. negatior. ff. de usu l. Rector, C. de decurionibus l. 2. lib. 10.*

Onde nel decreto del Piccolomini nel sindacato de Aversa non poteasi dire, *declarat deberi expensas erogatas post expositam appellationem.*

E nel decreto di Rosa nel sindacato di Sorrento non si potea dire, *neutra pars pro expensis molestetur*, per più ragioni. Prima perche la Vicaria non ha potestà di dispensare alle Prmatiche, e quelle trasgredire per qualsivoglia causa, come può fare il Sacro Regio Consiglio, che è concistorio del Principe, e li suoi decreti nelli casi dubbii se registrano tra le Prmatiche, e si osservano, come Prmatiche, e come leggi.

Secondo, quando si dice *neutra pars molestetur pro expensis*, ovvero è tenuto il querelante succumbente alle spese solamente fatte *post interpositam appellationem*, se viene a dispensare alla *Pramm. 1. syndicatu*, e se viene a fare un gravame, una ingiustiz

zia

zia notoria in danno dell'Università innocente, che non ha da chi ripetere il salario, e cibarij dati al consultore, e le spese fatte per la carta, olio, fuoco, utensigli di casa, ed altro.

Di più le fa una ingiustizia, e gravame, che essendo stato trattenuto nel sindacato, quelle spese, e quelle giornate non ave da chi recuperarle, ma li querelanti dopò averli pigliato custo a trastullarlo, e straziarlo con molte spese nel sindacato, loro resta pure l'azione di poterlo nuovamente molestare avanti il Giudice ordinario.

E se l'apreria una via di poterli querelanti travagliare gli officiali con atti nulliter fatti, o con trattenerlo più delli quaranta giorni, e questa loro malizia, o colpa restare impunita, con restare salva l'azione di potere querelarlo in altro giudizio.

Se avvertisca da ogni Giudice a non fare simili decreti, ma quello, che può fare il Giudice di commettere la tassa, e nella discussione di detta tassa moderarla a competente somma.

10 Imò querelantes succumbentes possunt etiam conveniri actione injuriarum arbitrio Judicis. *l. injuriarum §. per injuriam l. ita apud. Labeonem §. ait. Prætor.*

ff. de injuriis Sanfel. dec. 54., & 374. Petra loc. cit. & Ritu 199.

Et officialis absolutus poterit agere injuriarum actione coram Judice ordinario pro injusta querela, *Pet. rit. 295. in fine, & proprio nu. 205. & Paride in verbo expensis num. 4. Cancer. lib. 2. resol. 2. num. 165., & lib. 3. resol. 12. n. 46. & aliis ibi.*

Quod arbitrium usque ad mortem extendi potest, attendita qualitate, & quantitate imputati criminis.

Et in dicta injuriarum actione continentur non solum injuriæ extimatio, sed expensæ, & interesse per injuriarum passâ, *l. item apud Labeonem §. si quis servo. Petra ubi supra Covar. lib. 2. resol. 10. num. 7. Comez. lib. 3. resol. 6. num. 9.*

11 Universitatis nomine pro querelis iu syndicatu præsentatis, si administrationes succumbunt, ipsi administratores propriis nominibus tenentur ad expensas, & damna exolvenda, quia non debuerunt temere Universitatū nomine querelare ad instar Tutorum sive Curatorū, qui succumbentes de proprio tenentur expensasolvere.

Imò si condemnatur Universitas, vel Pupillus, & contra eos esset facienda executio pro expensis, & damnis, ut supra, liberantur

M m tur

rum cedendo actiones. *Petra d. rita* 297. n. 59. *et Barrolo in l. qui solidum. §. etiam. n. 3. de legatis. 2. Marcus decis. 490. n. 13. vol. Barrolo. cap. 39. n. 317.*

2. Maxime administratores Universitatis, si in porrigendis querelis in syndicatus ad Tribunalia superiora extra Patriam non adhibuerunt conditiones constitutas in *prag. 3. §. 4. Et 5. de Procuratoribus*, ubi statuitur, quod Administratores Universitatis non possunt sub nomine Universitatis contra officialis exponere querelas, nisi prius congregata Universitate, more solito, fiat conclusio cum distinctione capitum sub pœna arbitraria, & sub pœna pecuniaria ducatorum sexcentum.

Et sub eadem pœna nō possunt constituire Procuratorem in causis criminalibus, & civilibus, *d. Prag. 3. §. 6. Et prag. 6. de administratione Universitatis*, quæ Pragmatica loquitur, quando querelæ mittuntur extra Patriam. Nam in querelis, quæ fiunt coram syndicatoribus in propria Patria, non habet locum dispositio dictæ Pragmaticæ, ut dixi in retroscripto capite nullitatum.

3. Hæres cum *benef. leg. Et invent.* condemnatus ad expensas, non gaudet beneficio inventarii, sed de proprio eas solvere tenetur. *Can-*

corius v. 3. de resol. 2. de invent. ex Balda conf. 73. vol. 3. Et Cesar. Bart. dec. 13. Peer. d. rita. 297. n. 59.

Stimo luogo opportuno, qui inferire l' allegazione da me fatta nel sindacato del Signor D. Giulio Barrese nella Città d'Altamura, come per ordine di S. E. Vicerè passò dall' Audienza di Basilicata, dove era Regio Auditore, che è del tenor seguente.

J. M. J.

La prima, e principal questione, che al presente deve decidersi nel S. R. C. nel sindacato del Magnifico Giulio Barrese, che fu Governatore, e Giudice nella Città d'Altamura, consiste in vedere, se li querelanti, che hanno soccombuto per via delle nullità, devono pagare ducati 669. per le spese, e giornate tassate, senza aspettare l' esito del nuovo giudizio, che pende avanti il Giudice ordinario competente di detto magnifico Barrese, che è la stessa G. C. della Vic.

Noi volentiere avemo abbracciato la parte di detto magnifico Barrese, perche gli assistono le seguenti chiarissime ragioni.

24. Certa è la regola, che il sindacando di due maniere può esser assoluto nel sindacato, o con decreto diffinitivo ab omnibus impetitis, o con interlocutorio ab obfer-

servantia iudicii; esplicandomi, che sotto questo decreto ab observantia iudicii vien compreso il decreto, che si fa ob peremptam instantiam, ob nullitatem processus, & ob desistentiam actoris sive querelantis, come conclude *Maran. nella sua pratica dist. 5.*

L'effetto del decreto diffinitivo è molto diverso dall' effetto dello interlocutorio, ab observatione iudicii.

Primo, perche il diffinitivo partorisce l' eccezione di cosa giudicata, che non può l' ufficiale liberato, essere mai più molestato per le stesse querele, avanti il suo Giudice ordinario, *Maran. p. 5., Omnia fiant durante instantia n. 52. & Alex., in Giason. in l. properandum, §. Et si quidem in 5. § 6. col.*

Ma l'interlocutorio ab observatione iudicii non partorisce l' eccezione rei iudicata, e perciò può l' ufficiale con la stessa azione delle prime querele nel nuovo giudizio esser molestato avanti il suo Giudice ordinario *refectis prius expensis per querelantes ad beneficium officialis liberati; DD. ex text. in c. examinata de iudic., & l. post edictum §. circumducto ff. de iudic. Maran. p. 5. n. 42.*

Secondo, quando l' ufficiale è assoluto diffinitivamente ab im-

petitis, se detto decreto sarà poi revocato dal Giudice di appellatione, in tal caso li querelanti tempono le spese, così fatte in prima istanza, come in grado di appellatione dall' ufficiale, che succumbè, e così per contrario quando succumbono li querelanti.

Ma quando è assoluto con interlocutorio ab observatione iudicii, sono tenuti li querelanti succumbenti pagare le spese, e le giornate all' ufficiale, che è stato impedito, e straziato attortamente in quel giudizio, ne tengano speranza di poterle ripetere, anche se nel nuovo giudizio riportassero la vittoria contro l' ufficiale.

La ragione di tal differenza si assegna, che rivoceandoli il decreto diffinitivo in gradu appellationis si giustifica la giustizia, che assiste alli querelanti, che non temerè litigaverunt.

Ma nel giudizio nuovo, che si fa contro colui, ch'è assoluto ab observatione iudicii, non si revoca detto decreto assolutorio, nè resta disculpato l' Attore dalla temerità di aver fatto il primo giudizio frustatorio, e perciò anche se ottengono vittoria nel nuovo giudizio per la causa principale, non può il querelante ripetere le spese, e le giornate pagate all' ufficiale, ch'è stato travagliato nel

sindicato frustatorio, o sia per negligenza , e colpa de' querelanti , che hanno nulliter frabbricato il processo , e perciò è perenta l'istanza del sindicato, o sia per negligenza de' indicatori ; onde *Roberto Maran. nella sua pratica fece la rubrica nella quinta parte, Et omnia fiant durante instantia .*

Quindi è nata la pratica del decreto, che suol fare la G.C. come appunto è fatto nel sindicato di detto magnifico Barrafe . Ibi : *M.C. declarat nonam, Et decimam nullitatem obstare fol. 205. Et proinde stante lapsu termini , expediatur, Et consignentur liberatoriales, verum sint salva jura, si qua competunt, querelantibus in alio judicio coram Judice ordinario .*

Il senso di questo decreto è chiaro che stante *lapsu Terminii syndicatus , in quo nulliter , Et frustra fuit agitatum per querelantes , expediatur liberatoria ab observatione judicii syndicatus , verum querelantes jura , si qua habent , valeant rectius proponere in alio judicio , coram ordinario Judice competente ipsius sindicandi .*

Li querelanti dunque come negligenti , e colpevoli in fare scorere il tempo del sindicato in va-

no, con tenere impedito l'officiale inutilmente , durante il termine del sindicato , per la loro presunta calunnia , e colpa del ritardato processo , devono risarcire le giornate inutilmente vacate cō le spese fatte, *l. non ignoras C. de fructib. , Et litium expensis .*

Quod enim damni alicujus culpa sentinus , rectè ab eodem repetere valemus, igitur S. fin. ff. de liber. causa, l. final. cum auct. ibidem posita , C. ne uxor pro marito, l. Imperatores S. si magistratus ff. de appellat. Et faciunt notata per Bart. in l. 2. C. de verb. oblig. in q. de reprasf.

Et quod periculum expensarū spectat ad actorem , cujus negligentia periit instantia , docet *Alexan. in consil. 66. post princ. in 5. vol. , Et in l. properand. S. illud circa finem, ubi Bald. , Et alii in c. de causis col. 5. de offic. de leg. & alli citati per Maran. , Et Foller. in addit. p. 5. n. 59. , & Actor quando de novo vult agere tenetur indistincte ante omnia reficere expensas , idem Maran. d. p. 5. n. 47. in fine Affl. decis. 70.*

Nè li querelanti si possono scusare essere perenta l'istanza per colpa de' indicatori , che hanno fabbricato nulliter il processo, perche sempre vi è la presunta colpa, e negligenza de' querelanti , poichè

poichè culpa operatorum nocet illis, quorum servitio utuntur. *ten. est in l. si quis fundum §. colonius ff. locati l. 1. ff. de furtis adversus Nautas Caupones, & stabularios, & §. penult. de obligation., quæ ex quasi delicto nascuntur tit. 5. lbi: Et aliquatenus culpa reus est quod opere malorum hominum uteretur ideo quasi ex maleficio teneri videtur Menoch. de arbitr. Judic. casu 339. cent. 9. lib. 2. Carrab. sing. 39., & 187.*

Ed in specie, quando si risolve il processo del sindacato per causa delle nullità, e perciò si truova perenta l'istanza, si truova scorsò il termine delli 40. giorni, devono sempre li querelanti rifare all' ufficiale le spese. *Carrab. sing. 88., e 129. Scialoja de foro comper. c. 5 2. n. 38. Affl. dec. 70. in fin. Tomaso Grammatico ad Affl. . e Gio: Angelo Pisanell. nell' addiz. dello stesso, dice, che non possono essere intesi nel nuovo giudizio, se prima non saranno rifatte le spese, e che non sarebbe sufficiente il deposito per la dottrina di Decio nel cons. 34. in fin. e nel Regno avemo la *Pram. unica de istan. non restitues nisi prius refectis expensis*. Nella quale espressamente si decide, che in un solo caso viene il Giudice incolpato, quando trattiene la spedizione*

dopo fatta conclusione, dunque in altro caso restarebbe sempre incolpato l' attore.

Tanto più, che in giudicare senza voto di Consultore, non possono essi querelanti escolparsi di non esservi intervenuto il loro dolo, e loro volontà, giusta quello, che dice *Bart. in l. si convenerit ff. de re jud., & in l. 1. §. si plures n. 10. de exerc. action. Menoc. casu 339. num. 16.* Che se non avessero insistito in seconda istanza, protrebbero li querelanti ripetere da' sindacatori che per colpa d' essi Sindicatori, avessero succumbito alle spese, giusta la dottrina di *Ballo l. si quis in contrib. n. 7. Menoch. in d. cas. 339. nu. 17. (lbi) Judex condemnatur erga ipsum actorem ob illatum illi damnum.*

E che dette spese non possono pretendersi essere rifatte a' querelanti nel nuovo giudizio, anche se ne riportassero vittoria contro l' ufficiale, che dal Giudice ordinario fusse condannato alle spese, perche in tal caso l' ufficiale succumbente, se intende condannato alle spese del nuovo giudizio solamente, nè può essere molestato a restituire le spese del giudizio, *a cujus observationes, ne fù liberato. Urfill. ad decis. 42. in princ., e decis. 70. num. 3. Muscat. lib. 2. p. 3. glos. reform. num. 53. de Franch. decis.*

cif. 331., ed è regola generale, che *expense solute reo ex culpa actoris, non reperantur, si postea actor obrinuerit in diffinitiva per rex. in l. si pignora ff. de pignor. action. ubi Bart. late.*

E tanto basta per fondare la giustizia, che assiste a detto magnifico Barrese di avere portato la supplica a fine di confermarsi il decreto de' 21. Maggio 1708. fol. 242. à t. *quod querelantes soloant duc. 679 juxta taxam.*, senza aspettare l'esito del nuovo giudizio.

Leonardo Ricci.

15 E finalmente benchè *Novar. nella Pragm. de syndic. n. 19.* conchiude, che per debito civile, e cose comprate, o imprestate non possa l'ufficiale esser querelato, o convenuto al sindacato, come delitto fatto non intuitu officii; ma extra officium. Viene detta opinione di *Novario* rigettata, per insostenibile da *Matteo Clarizio de syndic.* appresso *Broyam num. 190.* con le dottrine di *Sanfel. dec. 170.*, e di *Vivio decis. 11.* quali dicono esser senza dubbio, che chiunque richiesto dall'ufficiale a prestarli danari, o robbe comestibili, o altri beni, li da in credenza per timore della superiorità dell'ufficio, che se non fusse ufficiale non l'averebbe accreditato cosa alcuna, e perciò s'intenda

esser debito intuitu officii, che deve esser convenuto avanti li sindacatori. Anzi l'ufficiale commettere barattaria, o concussione, ed incorre alla pena, oltre la soddisfazione del debito.

16 Finalmente avvertir si deve, che sotto nome delle spese si comprende ogni spesa, che si fa per necessità nella lite, come sono spese di scritture, salario de' Testimoni, Avvocato, Procuratori, Scrivani, e viaggio, come conchiude *Alfonio Casinan de evict. qu. 13. num. 10.*, ed anche i danni, che per ragion della sua arte, o officio ha patito; mentre essendo artifice, o Avvocato, o altro, che si procacciava il vitto colla sua opera, e per l'occupazione della lite è stato impedito *d. Casinan ul n 23.* citato, ed approvato dal *Sig. Maradei a Galuppo p. 2. cap. 15. n. 24.*, e da noi assai diffusamente nel terzo tomo manoscritto, che se darà alle stampe quanto prima nel *cap. de except. expensarum.*

C A P O XIV.

De Fidejussore.

S U M M A R I U M.

1 *Fidejussorem dare tenetur officialis in ingressu officii, & si invenire non potest prestare potest in Regiis Tribunalibus, & quid si admitatur sine Fidejussore.*

2 Fi-

- 2) Fidejubeans pro interesse, & non pro pena tenetur.
- 3) Fidejussore mortuo, an heres conveniri poterit?
- 4) Fidejussor an teneatur pro gestis in sequenti anno refirmata?
- 5) Fidejussor quam panam subit in fuga officialis.
- 6) Fuga officialis ob inimicitias in loco administrandi officii, est licita, & datur praxis obtinendi licentiam, ut Syndicatum præstet in Vicaria, vel in Regia Audientia.
- 7) Nec est citanda Universitas, sed inaudita Universitate potest obtineri dicta licentia explicata decisione relata per Marad. in contrarium.
- 8) Nec in decreto gravari debet officialis, ut præstat fidejussor eandem parendo mandatis M.C.V., & se presentando, & assignatur ratio.
- 9) Opinio Miscarelli in modo 14. de fidejuss. reicitur. Nam Notarius pro executione Regiæ Pragmaticæ extendere debet formulam fidejussionis solam de stando syndicatui, alias formula esset contra tenorem, & sensum Pragm. prædictæ, & illa non obligaret ad observantiam.
- 1) Fidejussorem de parendo syndicatui officialis in ingressu officii præstare tenentur, alia po-

test Universitas ei denegare possessionem, & non tenetur illum recipere in officialem. Pragm. 1. §. 6. & Prag. 5. de offic. Judic. Capibl. super d. Prag. 5. n. 179. Carrab. de syndic. p. 2. num. 171. Scial. c. 33. de for. offic. n. 202.

Fidejussorem verò si invenire non potest officialis in loco officii cautionem præstare in Regiis Tribunalibus, quæ in subsidium debet admitti. Prag. 41. de offic. proc. Cas. Capiblanc. d. Pragm. 5. n. 178.

Fidejussore, modo ut supra minime dato, si toleratur ab Universitate, & officialem permittat exercere, tunc quodcumque velit quilibet de civibus potest, & solet obtinere provisiones a M.C.V., vel Regia Audientia Prov. ut caveat, vel desistat, ut passim videmus dictas provisiones expediri.

Et si toleratur per totum annum, potest finito officio dictus officialis arrestari, licet nulla adit causa capitalis pænæ, sed observa, quid inferius dicam, & quæ dixi ad Carrab. par. 1. cap. 9.

Secus est, quando fidejussorem dedit de stando syndicatui, quia finito officio Universitas est causa per fidejussorem datum, & propterea non potest carcerari, nisi aliqua superveniat causa inquisitionis de capitali pænâ, Canter. var. resol. lib. 3. cap. 12. num. 17. Scial.

Scial.c.33.de for.offic.num.202.in fine, & ratio est quia.

- 2 Fidejubens simpliciter pro officiali de parendo syndicatui, videtur fidejubere pro interesse tantum, & non pro pœna ex maleficio imponenda. *Scial.d.cap.33.de for.offic.d.num.202.ex l.Fidejussores 69.ff.de fidejussor l.1.C.de periculo eorum lib.11.*

Et quando potest carcerari officialis, & quando non, vide quæ dixi in mea *addit.ad Carrab.par.1.cap.9.*, & vide quæ inferius dicam.

Et quod non tenetur ad pœnam corporalem, etiam si obligaverit pro delictis officialium dicta obligatio non tenet concludit latè *Dominus Petra rit.285.nu.39.confert.tex.in l.fidejuss.Magistratus ff.de fidejussorib., & l.1.C.de pericul.eorum qui pro Magistr.lib.11.Altim.ad Rovit.conf.84.nu.8.tom.2.*

- 3 Fidejussor si decesserit ante sententiam condemnatoriam, an possit ejus hæres conveniri, duæ reperiuntur opiniones invicem contrariæ, quod non tenetur hæres, defendit *Piermaurus de Fidejussorib. cap.17.Crivell.dec.Dolana 6.n.12.*, alii relati a *Farinac. quæst.34.n.12.de carceribus, & carceratis.*

Alia opinio contra hæredem

substinetur cum distinctione ab *Amaja de potestate in seipsum cap.14.lib.1.n.45.*, & *Anceps est quæst., secundum Petra rit.295.num.40.*

- 4 Fidejussor præstitus in principio officii, non tenetur pro gestis in sequenti anno refirmato, *Pragm.1.de syndic.n.32.*, *Affl.decis.292.num.15.Cancer.lib.2.resol.2.num.297.*, & ita decisum apud *Viv.decis.129.*, & alii relati per *Petram rit.295.num.95.*

Quæ concusio debet intelligi cum grano salis, ut habeat locum, quando per novum actum possessionis prorogatur, & refirmatur in officio, secus quando absque novo actu possessionis continuat ex tacito permisso Domini, assentientibus civibus, absque nova commissione, tunc fidejussor tenetur, etiam pro tempore prorogato, *Muscat.in Prax.Fidejussor.p.1.mod.12.nu.13.*, & 16., quem sequitur, & approbat *distus Petra loc.cit.*, dum hanc distinctionem ultimo retulit.

- 5 Fidejussor ad pœnam condemnatur in fidejussione contenta, quando officialis fugit a syndacatu, quæ pœna non applicatur Universitati, nec Baroni, sed applicatur Universitati, ad beneficium Regii Fiscii, & de ea debet fieri relatio ad Regium Perceptorum

rem Proventum M. C. V., & sic passim practicatur, me Teste, qui multoties sic in praxi observavi, & ab aliis servari vidi; ita quoque antiquitus dicit Carrabba noster par. 1. cap. 15., & 16. num. 219. cum limitatione tamen ibi mutata, & Carrab. sequitur Scialeja de foro official. cap. 83. nu. 37. ubi non facit mentionem de distinctione, sed indistinctè loquitur; Anna alleg. 53. num. 22., Boer. dec. 124. Et vide par. 2. c. 12. n. 122.

6 At si fuga officialis fiat ob timorem alicujus factionis nulla oritur mala præsumptio contra ipsum. Petra rit. 295. num. 45. post Amode. de syndicato, & alios ibi citatos.

Advertat tamen officialis pro cautela sua, & sui fidejussoris prævenire antequam adveniat tempus syndicatus porrigere memorialem Proregi, & suo Collaterali Consilio, quod constituto de inimicitia contracta cum potentioribus dicti loci, liceat syndicatum præstare in M. C. Vicariæ, vel in Regia Audientia.

Et per Collaterale decretari solet M. C. V. vel Regia Audientia de justitia provideat, quo rescripto præsetato solet fieri decretum; quod capiatur informatio de inimicitia contracta, & constituto de exposita inimicitia solet fieri de-

cretum. Quod visa informatione ex qua constat de inimicitia contracta liceat officiali parere syndicatui in M. C. vel in Reg. Aud., & querela recipiantur in partibus per officiales dictæ Terræ infra terminum in Regia Pragmatica contentum, quo procedant ad emanationem banni nomine M. C. Vic. in loco administrationis, præstita tamen cautione de parendo mandatis M. C. & de se presentando coram Judice declarando, non molestetur, donec aliter, &c.

De qua prax. testatur Domin. Marad. in advers. ad sing. 291. & vide quæ Ego ipse dixi in addit. ad Carrab. par. 1. cap. 9.

Quæ informatio de inimicitia, & decretum fit per M. C. vel per Regiam Audientiam ad sui instructionem non audita Universitate, quæ audiri non debet, quia fieret litium, & officialis opera inimicorum defatigaretur, & ad majus periculum se exponeret.

7 Nec obstat decisio relata per Marad. num. 5. in syndicato Dom. Joannis Augustini. Auditoris in Provincia Cathacensi ubi ad supplicationem Universitatis non auditæ fuit per S. R. C. suspensum decretum latum per M. C. & ordinatum, quod Dom. Auditor pareat syndicatui in loco administrationis.

Quia revocatio dicti decreti non fuit

N n

fuit

fuit fundata, quod debebat audiri Universitas. Sed fuit fundata, quod non plenè constabat de allegata inimicitia, quod si utique inimicitia fuisset bene probata non fuisset per S.R.C. revocatum decretum M. C.

Unde observantia, & stylus antiquus dictæ M.C. est laudabilis, ut capiatur informatio Universitate minimè audita, & constituto de inimicitia interponat suum decretum, quod Officialis ejusdem Terræ, vel loci vicini emanat banna, & recipiat querelas, & facta obligatione per officialem de parendo mandatis M.C.V., & de se præsentando, &c. non molestetur.

Et ratio est, quod si verè constat de inimicitia Universitas non potest conqueri, nec actum impedire, quo casu pars contraria citanda non est ad videnda juramenta Testium, ut latè dixi in mea additione ad *Sarnum in §. 28. de recognitione Apocæ banchi*, ubi pro verificatione dictæ Apocæ capiatur summaria informatio debitori minimè requisito ad videndum juramenta, & sic est stylus veteranus M.C. qui stylus est fundatus in *Textu leg. si cum servum 28. §. 1., & fin. de fideicom. & libert. & aliis allegatis per Marsilium sing. 30. part. 6. de citat. nu. 5. fol. 307. de Marin. lib. 1. resol. 45. num. 7.*

Qui concludunt, quod si pars contraria citata est ad videndum juramenta, non potuisset in contrarium aliquid allegare, nec impedire decretum, quod stantè inimicitia contracta officialis pareat syndicatui in ipsa M.C.

Tunc frustratoria est citatio Universitatis, quæ non ad aliud serviret, nisi ad faciendum litem litium.

8 Et in decreto non debet gravari officialis, ut præstet cautionem de parendo mandatis, & se præsentando, &c. sed debet dici facta obligatione ex juribus, & rationibus latè ponderatis per *Regent. de Marin. lib. 1. res. 284. n. 12. & 13.*

Quia si gravetur onore fidejussionis extra Patriam suam in partibus remotis, difficile est invenire fidejussorem, de *Marinis dicta resolut. 284. n. 11.* refert instantiam querelantium contra Josephum Cobello Governatorem Civitatis Neritoni, esse impertinentem, & non jure admittendam, ex quo instabant officialem in ingressu officii non præstitisse cautionem de stando syndicatui, & proinde deberi præstari fidejussorem de judicio sisti, & judicatum solvendo, & quod officialis meritò potuit dissentire a dicta querelantium petitione, ex traditis per *Bart. in l. qui solidum ff. de legatis 2. & per alios* lega-

legatos per *Gizzarell. decis. 20. Et per eum dict. de Marin. lib. 2. resolut. 109. Et per Text. in l. un. C. ut omnes Judices, ibi: Juratoris tantum cautioni commissus postquam fuerit in querimonia revocatus.*

Conclusio itaque erit, quod non tenetur officialis prædare fidejussorem, sed sufficit, ut juratoriam præstet cautionem de judicio sisti, & judicatum solvendo, quando officialis in primo ingressu officii non præstitit cautionem de stando syndicatui. Idem concludit etiam *Petra rit. 295. num. 102.*

9 Et *Dominus de Marin.* increpat contra *Muscar.* qui in praxi fidejussoria modo 14. n. 7. Et 8. dixit Actuarios debere esse advertentes in formula fidejussionis apponere clausulam, non solum de stando, & parendo syndicatui, sed de bene administrando, & solvendo judicatum, inculpando dictum *Muscattell.* imprudenter hoc dixisse, & non visis Regiis Pragmaticis, subjungens, quod in Regno habemus *Pragm. 1. §. 6. de offic. Judic.*, & *Pragm. 3. de offic. Instit.*, & privilegia hujus Civitatis Neap. *fil. 37. in cap. 61. de anno 1503.* in quibus nullum verbum legitur de bene administrando, & judicatum solvendo, & communi ore omnes DD. concludunt quod finito officio, si officialis fuerit accusatus de

crimine; juratoriam cautionem tantum tenetur dare de stando jure, & parendo syndicatui; ita sentit quoque *Joan. Ant. de Nigris in cap. item stat. vinas num. 132.*

Et hoc *Dominus de Marinis* intelligit *dict. n. 13.* Si in ingressu officii fidejussio de præstando syndicatui, non præstita fuerit, aliàs si in ingressu officii fidejussorem dedit de stando syndicatui; tali casu finito officio neque ad Juratoriam cautionem tenetur.

Alia de fidejussione vide quæ dixi in prim. tom. meæ praxi *part. 1. tit. 2. de primo Ingress. offic. cap. 2.* & hæc sufficit pro praxi fidejussoris.

Et an teneatur fidejussor de malè administratis circa officium tantum dixi ad *Carrab. part. 1. cap. 8.*

C A P. XV.

De Consultore syndicatus:
S U M M A R I U M.

- 1 *Consukor non potest esse civis, nec potest esse idem syndicator.*
- 2 *Electio consukoris non valet nisi prævia lista suspectorum, Et debet fieri a syndicis, Et non a syndicatoribus.*
- 3 *Cautela maxima erit ad beneficium Universitatis, Et querelantium, ut Consultor interveniat in lectura, Et contestatione, Et declarantur verba Pragmatica facti processu adhibeantur.*

N n a tur

tur Consultor quod reperitur in sequenti num. 4.

4 *Electo Consultore fit commissio a syndisis.*

5 *Consultor tenetur venire ad locum ubi geritur syndicatus, nisi Universitas esset tam parva, ut salarium Consultoris vix ferre possit.*

6 *Consultor syndicatus non debet habitare in domo querelantis, vel alterius personae suspectae.*

6 *Conversans cum inimicis meis; meus inimicus est.*

8 *Consultor minans syndicandum, vel propalans votum efficitur suspectus, & pendente suspicionem acta sunt nulla.*

1 **C**onsultor ad syndicandum officialem non potest esse civis, nec potest esse idem syndicator, etiam si fuerit utriusque juris Doctor, sed eligi debet de locis convicinis. *Pragmatica 1. de syndicatu officialium, Franciscus Marcus decis. 456. n. 11. Carrabba de syndicatu part. 1. n. 225. & sing. 37. Scial. 37. de foro suspecto cap. 9. n. 3. & de foro officialium cap. 33. n. 22. Paris. in verbo civilitas officialis cap. 2. n. 4. fol. 146. a tergo, Petra ritu 295. n. 126. & est text. in l. nemo ex his C. de Assessor. Niger. in cap. item quod predicti n. 8. Rubric. de non capiendo aliquem absque consilio Judicis.*

2 *Consultor in syndicatu eligatur a Syndicatoribus praevia monitione ad dandam listam suspectorum per syndicandum. Carrab. part. 1. cap. 16. n. 226. & sing. 36.*

Sed hic advertite, quod de suo Marte dixit, quod syndicatores debent terminum praefigere syndicando, & querelantibus ad producendam listam suspectorum, & multi decepti ex ac opinione in Praxi deduxerunt usum faciendi electionem Consultoris per syndicatores, quando electio praedicta spectat ad Universitatem, cum Universitati fuit in Regno data jurisdictio, & potestas eligendi, & deputandi Syndicos in syndicatu officialium, & dicti Syndici, Electi, & Deputati ab Universitate procedunt cum Consultore eligendo, & deputando per ipsam Universitatem de convicinis, quae Universitas tenetur providere dicto Consultori de salario competentis, de domo cum utensilibus, & cibariis, & ipsa Universitas facit commissionem dicto Consultori.

Et dicta monitio ad dandam listam suspectorum Consultoris debet fieri, quando eliguntur syndicatores, juxta formulam, per nos traditam in additione ad partem Carrabba cap. 2. n. 4.

Et ut Universitas possit com-

mo-

modius convenire cum aliquo Doctore convicino, sibi melius viso pro salario minori, potest, & debet statim eligere syndicatores, ut citò fiant banna, & recipiantur querelæ; & possunt differre electionem Consultoris, qui non adhibetur in illo primo termino 20. dierum, statuto ad recipiendas querelas, quia syndicatores in recipiendis querelis in dicto primo termino non opus habent voto Consultoris.

3 Verum bona cautela erit, ut electio fiat Consultoris, cum quo fuit facta conventio de salario, antequam labatur dictus terminus ad porrigendas querelas, ad finem, ut quærelæ receptæ recognoscantur a Consultore electo, super quibus debet procedi civiliter, & super quibus criminaliter, & ad finem assistendi in lectura, & contestatione quærelarum ad decidendum quicquid in dicto actu occurrit, & omnia fiant absque nullitate.

Et est maxima cautela Consultoris, & syndicatorum ne faciant litem suam, & cautela Universitatis, & Civium querelantium, ne succumbant in syndicatu ob aliquam nullitatem, quia officialis haberet liberatoriam, & repeteret expensas, & dietas a querelantibus & Universitas perderet expensas

factas; quia numquam repetit a civibus querelantibus.

Nec obstat quod in Pragmatica dicat ibi: *Facto processu super prædictis adhibeatur Consultor,* & ibi: *Qui processum super querelis, & inquisitione factum mature percurreret, & per ejus sententiam determinet, & decidat, condemnando vel absolvendo, &c.*

Nam illa verba facto processu adhibeatur Consultor, sunt intelligenda, idest præsentatis querelis, idest post præsentatas querelas, sive post factum processum præsentationis querelarum, tunc in secundo termino adhibeatur Consultor in procedendo.

Ut super querelis præsentatis adhibeatur Consultor, & processum factum super querelis, vel inquisitione percurreret, & determinet ipse Consultor, non ipsi syndicatores qui sunt cives.

Et hic est germanus sensus dictæ Pragmaticæ, quæ non debet intelligi, ut sine Consultore procedi possit in secundo termino ad discutiendas querelas, dum lex non confidit de civibus syndicatoribus, nisi in primo termino, ut faciant banna, & recipiant querelas quibus receptus debent legi, contestari, prosequi, & discuti cum voto, & assistentia Consultoris, qui non potest esse civis, etiam si ipsi

syn-

syndicatores essent DD. approbati, adhuc egent Consultore .

4 Consultore electo fit commissio ab Administratoribus Universitatis, qui literas missivas cum signo ipsius Universitatis mittere debent ad vocandum ipsum Consultorem, ut veniat saltem una die ante lectionem faciendam, ut possit ante lectionem recognoscere querelas receptas, & quæ sunt criminales scribat extra folium d. querelæ **CONTESTETUR**, & quæ sunt civiles scribat **LEGATUR**, & quæ sunt lævis summæ citra triginta carolinos, vel lævis delicti scribat **SCRIBATUR IN LIBRO**

Et necessariæ expensæ pro itinere, & mora Consultoris administrantur per Universitatem, & sic evitatur nullitas actorum, & est maxima cautela, tam syndicatorum, nec faciant litem suam, & cautela Universitatis, & civilium querelantium, qui multoties fecerunt justissimas querelas, & tamen ob aliquam nullitatem solet M. C. V. liberare officialem a syndicatorum, salvis juribus ad beneficium querelantium in iudicio ordinario coram Iudice competente officialis, & proinde succumbunt in solvenda magna quantitate pro expensis, & dietis spectantibus ad officialem liberatum, ut latius est videndum *in cap. 13. de expensis* .

5 Et Consultor venire debet in loco, ubi syndicatus geritur, nec sicut transmittendi processus ad Consultorem extra locum syndicatus quia tamquam obmissa forma data per Regiam Pragmaticam actus vitatur, & vota essent nulla, ita *Carraba singul. 196.*, *en c. cum delicta*, & ibi plenè per *Felynum de rescriptis l. Julianus §. si quis ff. ad exhibendum c. sicut de electione lib. 6. Cardinalis in Clem. 1. §. 1. in 10. q. de reb. Ecclesie non alien.*

Nam verba Pragmaticæ primæ de syndicatorum officialium sunt clara, ibi: *Facto Processu super prædictis adhibeatur Consultor peritus de locis convicinis, in loco ubi syndicatus geritur ad decidendas syndicatorum causas*, ut advertit *Carraba dict. sing. 196.*

Nec est curandum de eodem *Carraba dicente in p. 1. n. 228.* ad locum, in quo geritur syndicatus, debent mitti processus ad eundem, sibi ipsi contrario, quia id dixit in primo suo opusculo de syndicatorum, & se corrigendo contrarium firmavit postea in *d. singulari 96.*, *vel quia dictus Carraba in d. p. 1. n. 228.*, est intelligendus, ut loquatur in locis parvis, ubi potest officialis fungi etiam officio Actuarii, quod alias esset in jure prohibitum, ut dixi *in 1. Tom. meæ Praxis. cap. 4. de offic. Actuarii. n. 3.*

Quasi

Quasi dicere vellet *Carruba* quod si locus est parvus, ad quem venire non potest, quia parvus locus tantam expensam facere non potest, tunc processus mittuntur ad Consultorem, cui solvitur directus voti tantum, & sic conciliantur d. opiniones contrariæ.

Et falsa est interpretatio, quod verba dictæ Pragmaticæ denotent, ut Consultor eligatur de concivinis illius loci, ubi geritur syndicatus, non autem, quod Consultor veniat ad locum syndicatus.

Nam veritas est in contrarium, quia si hoc esset verum legislator dixisset tantum, ut adhibeatur Consultor de locis concivinis, de illa alia verba *ubi syndicatus geritur* essent superflua, & essent frustratoria, quod leges abhorrem, nam verba semper sunt interpretanda; ut aliquid operentur, etiam si esset minimum verbum, exemplo naturæ, quæ nihil frustra operatur, ut docet *Muscat. in Praxi fidejussoria p. 1. modo 13. nu. 9. ex Textu in l. si quando de lega. 1. c. si Pasca de Privileg. in 6.*

Et ista superfluitas verborum in statutis est vitiosa, & propterea non præsumenda, imò reicienda, & rescanda, ut docet *Rovit. in Prag. 2. de Abolit. nu. 99. per Tentum in l. fin. §. in refutatoriis C. de appellat.*

Et dictus germanus sensus colligitur ex aliis verbis ejusdem Pragmaticæ; ibi: *Cui de salario competenti per Universitatem loci prædicti provideatur; observa quæso, ibi: loci prædicti, & ibi: salario, & ibi: provideatur; singularia verba sonant, ut Consultor veniat ad locum, & Universitas illum provideat de salario.*

Aliàs legislator non locutus esset per verbum provideat nec de salario quia si esset licitum mittere processus extra locum dixisset, cui Universitas solvat sportulas solvi solitas pro voto Consultoribus, juxta pandectam, vel stylum Curie.

Ratio, quæ movere poterit legislatorem ad sic statuendum, multiplex esse potest.

Primo, syndicandus non potest discedere a loco, & ire ad informandum Consultorem.

Secundo, tam syndicandus; quæ querelantes volentes mittere Advocatos ad informandum Consultorem, maxima onerarentur impensa, & volentes alios novos Advocatos in loco Consultoris eligere, ubi de causis non informatos è principalibus absentibus, patrocinium eorum evanesceret.

Tertio, quia processus periculo subirent per viam, etiam alterius ipsorum machinatione, & esset

set res. querelantibus, & syndican-
dis æquè damnosa, periculosa, dif-
ficilis, irrationabilis, & in Praxi
non recepta, nec recipienda, nisi
in locis parvis, ubi multa admit-
tuntur in Praxi, pœnè in aliis lo-
cis magnis regulariter sunt pro-
hibita.

Et quod Consultori mittitur
nuncius ad vocandum sumptibus
Universitatis, docet *Scial. de for.
comp. cap. 9. n. 4. & Carrab. p. 1. cap.
17. n. 227. fol. 77.*

6 Consultor syndicus non de-
bet habitare in domibus quere-
lantis, nec aliorum suspectorum,
nam redderetur suspectus, *Laper-
rissimi C. de judiciis Masullus ad
Capycium dec. 138. n. 6. Puteus de
syndic. verb. officialis cap. 1. nu. 1.
fol. mihi 137. Carrab. sing. 38.*

7 Nam conversans cum subditis,
& cum inimicis meis meus evadit
inimicus. *Blancus in tract. de in-
diciis, & torturis n. 1.* Imo nec Te-
stis esse potest contra me conver-
sans cum inimico meo. *Blancus
loco citato n. 104. Carraba dicto
singul. 38.*

8 Consultor minans syndican-
dū, vel propalans votum suum ipso
jure efficitur suspectus, *Vivius de-
cis. 36., e 363., de Ponte consil.
99. Caravit. ritu 265. n. 33. Ma-
sull. ad Capycium decis. 138. Car-
raba singul. 41.*

Et pendente recusatione acta
sunt nulla, ut est videndum in ca-
pite de suspitione.

C A P. XVI.

De Differentia Syndicatus Tribuna-
lis Collegiati a Curiis non
Collegiatis.

S U M M A R I U M.

I *Syndicatus Tribunalis Collegia-
ti, quia differat a Curiis non
Collegiatis? notantur differen-
tia.*

I **P**rima differentia est, quia syn-
dicatus Regentis, & Judicum
M. C. V. recipitur ab Electis Ex-
cellentissimæ Civitatis Neapolis
taxativè juxtà antiquum solitum,
& juxtà privilegia dictæ Civitatis.
Prag. 2. de syndicato.

In calce cujus pragmaticæ ad-
est notatum, quod inter cætera
concessa per Cæsaream Majestatem
Caroli V. Imperatoris Civ. Neap.
12. Martii 1550. extat. *cap. 65.*,
in quo fecit dictum privilegium
concessum, quod capit. est *fol. 47.
ibi.*

Sed *Petra rit. 295. n. 49.* dicit
cap. 66. insertum inter privilegi *fol.
sibi 67.* fuisse confirmatum per di-
ctam Cæs. Cat. M. Caroli Quinti
dicta die 13. Martii. Et *d. Petra
n. 50.* dicit cognitionem syndica-
tus committi a dictis Electis alicui
dictæ Excellentiss. Civit. Consul-
tori, qui habet potestatem absol-

ven-

vendi, vel condemnandi, & ab ejus decretis hodie appellatur ad Realem Cameram S. Claræ, licet antiquitus appellabatur ad S.R.C. vel Coll. Consilium.

Et hæc est una differentia inter officiales Regios, & Baronales.

Nam per ordinem datum a Coll. Conf. direc. M. C. V. de mense Octob. 1665. & de mense Januarii 1667. Et ab Excellentiss. Domino D. Petro de Aragona Vice-Reg. sub die 28. Aprilis 1667. præcedente relatione facta per dictum Reg. Conf. D. Carolum Petra nomine S. R. C. sub die 31. mensis Augusti 1677. fuit declaratum in dictis ordinibus non comprehendi officiales baronales, sed solum officiales Regii, in quorum causis debeat procedere M. C. V. tanquam delegata, ablata via ordinaria, & ratio fuit, ut appellatio fiat ad delegantem, idest ad Collaterale, ut ipsi habeant plenam notitiam ministrorum Regiorum, cujus qualitatis sint, dum electio ipsorum ab ipsis procedit, sicut de Baronalibus qui eliguntur a Baronibus.

Quæ declaratio facta per R. Coll. Conf. est inserta apud D. Petra d. ritu 292. d. n. 55.

2. Differentia notatur, quia appellatio, quæ in syndicatu fit officialium qui sunt de Curis non

Collegiatis a sententia lata. admittitur quod ad actum devolutum tantum, & non quod ad actum suspensivum, quia non suspenditur executio, ut expresse statuitur in Prag. 1. de syndic. official.

Sed appellatio, quæ fit ab officialibus Reg. Audient. Provincialis ad M.C.V. admittitur quod ad actum devolutivum, & suspensivum, ut aperte statuitur in Prag. 10. de offic. Judicum cap. 43. nam ad M. C. V. fit appellatio a definitivis decretis tantum, sed a decreto interlocutorio appellatur in eadem Regia Audientia.

Quæ concordat cum dispositione juris communis per text. in l. nulli. C. quorum appellationes, quem text. habere locum in sententia lata per superiorem contra officialem, per ipsum destinatum, dixit, Paris in verbo Appellatio cap. 1. n. 18., ut notat Dom. Claritia de syndic. apud Brojam fol. 129. nu. 178.

3. Differentia est, quia officiales Curiarum non collegiati tenentur accedere ad domum, ubi syndicatores regunt justitiam, ibique sedent cum syndicatoribus, per Textum in l. ultima C. de offic. divers. judic. Et l. fin. §. ultimo vers. Et sedendi C. ubi senatus, vel claris, conven. Et Ageta ad Moles infra citandus.

O o Sed

Sed Auditores Regiarum Audiendarum non tenentur accedere ad syndicatores, sed ipsi syndicatores tenentur accedere ad domum Auditoris syndicandi, ut testatur servari in Civitate Salerni, *Mattheus Claritia in suo opusculo de syndicato inserto per Franciscum Broja in Praxi Civili fol. 125. n. 1.* & hoc ob reverentiam dignitatis debitæ Tribunali Collegiatis argumento dispositionis *Prag. 20. de officio S. R. C.*, per quam statuitur, ut Advocati non sedeant, sed stando perorare teneantur in Tribunalibus Collegiatis ob majorem reverentiam debitam Collegiatis, & etiam quia languidius sedendo peroratur, ut notat *Agera ad Moles §. 2. de immuni. fun. Fiscal. n. 34. quest. 7. fol. 271. part. 2.*

4. Differentia est illa a me relata *cap. 5. hujus 3. partis n. 7. fol. 22.* quia banna in syndicatu Dominorum Judicum M. C. V. consignantur ipsi Judici syndicando, ut illud publicari faciat, & sic Terminus currit a die banni emanati, sed in syndicatu officialium per Regnum banna non consignantur syndicando, sed publicari faciunt syndicatores, propterea terminus non currit a die banni publicati, sed currit a die, quo deponit officiam & instetit

pro electione syndicatorum, aliàs aperitur via fraudibus, ut syndicatores morarentur in publicatione banni defaticando syndicandum, ultra terminum a Pragmatica statutum.

5. Differentia nam licet per *Pragm. 3. de officio justitiarum* mandetur, quod deputentur Commissarii a Prorege ad syndicandum Præsides, & sic servabatur tempore *Roviti*, ipso *Roviro* teste in *Prag. 1. n. 6. de syndicato officialium*, tamen hodie non servatur, dum quælibet Provincia servat consuetudines, & statuta suæ Provinciæ, quæ observantia fuit approbata per Excell. Comitem de Lemos Junioem *Prag. 11. §. 43. de officio Judicum*, & *D. Antonius Police de Præmin. Regior. Aud. tit. 8.* tradit observantiam, & consuetudinem Regiæ Audienciæ Principatus citra, & Audiencia Teatinæ. Sed *Surgens de Neapoli illustrat. cap. fin. n. 43.* refert plures Provinciarum consuetudines in syndicatu Præsidium & Auditorum, proindè differentia est in syndicatu Regiarum Audiendarum, in quibus servatur consuetudo diversa in una Provincia, & diversa in alia, & ubi mos est eligendi syndicatores cives illius Civitatis, ubi Reg. Audiencia residet, ut in Civitate Sa-

ler-

Ierni teste Matthæo Claritia apud Brojam fol. 129. n. 178. & ubi non est dicta consuetudo eligendi dictos syndicatores Cives, ibi Auditor successor est syndicator, ut disponit Prag. 10. de officio Judicis cap. 43.

In aliis vero officialibus Regni fervatur Prag. 1. de syndicatoribus eligantur a syndico, & electis Civitatis.

C A P. XVII.

De variis rebus in syndicatoribus occurrentibus.

S U M M A R I U M :

- 1 Inquisitio generalis, quæ fit per successorem quid differat ab illa, quæ fit per syndicatores contra officialem.
- 2 Syndicatores qua Praxi utuntur in Generali inquisitione.
- 3 Liberatus per syndicatores in Generali inquisitione ulterius molestari non potest à quolibet alio iudice, nisi in casu collusionis.
- 4 Clericus, vel Miles Hierosolimitanus gaudet foro, ut à laicis syndicatoribus cognosci non possint, sed cum distinctione.
- 5 Clericus officium Judicis Criminalis exercens inter laicos, amittit privilegium Clericale; & propterea prohibitum est in hoc Regno à Clericis exerceri officia secularia.

- 6 Clericus neque potest à syndicatoribus cognosci si durante officio, vel post officium, Clericatum assumpserit.
- 7 Notarius post Notariatum, factus Clericus, à Judice Ecclesiastico puniatur de falso instrumento.
- Secus ille Clericus, qui deposito clericatu Notariatum exerceat, tunc Clericatum renunciasse videtur.
- 8 Syndicatoribus acta, quæ non fiunt juxta formam Prag. 1. de syndicatoribus, sed nulla tanquam facta contra expressam casum legis Municipalis.
- 9 Syndicatoribus, & querelans possunt eligere Doctorem Arbitrum in querela civili, & potest à syndicatoribus etiam committi querela civili cum consensu partium.
- 10 Delicta officialium à M. C. V. tantum cognoscuntur & declaratur dicta conclusio, sive regula. Quæ præminencia hodie est etiam apud Reg. Audienciæ.
- 11 Baro quando est competens in delictis contra officialem?
- 12 Officialis Baronalis an possit amoveri à Barone, & officialis Regis an amoveri possit à M. C. V., vel Regia Aud. Inconsulto Rege.
- 13 Judex pro injuria sibi illata an;

- È quando possit ipsemet cognoscere .
- 14 *Delicta* , quae spectant ad syndicatorum , non possunt cognosci durante officio , sed expectandus est tempus syndicatus .
- Delicta* vera , pro quibus puniuntur officiales pena privationis , spectant ad M. C. V. , vel ad Reg. Aud. , Et procedunt etiam durante officio , Et Barro est incompetens . Tamen potest procedi facere à suo Delegato ob informationem , Et ad capturam , Et statim Reg. Aud. , vel M. C. certiorat .
- 15 *Divisio querelarum criminalium* facienda est in M. C. V. quando proceditur in prima instantia in syndicatu , secus quando proceditur in gradu appellationis , vel nullitatis , Et assignatur ratio .
- 16 *Appellatione facta vel ad Reg. Aud. , vel ad M. C. V. à syndicatoribus non datur novus terminus ad non probata probandam , sed expeditur ex eisdem actis factis per syndicatores , Et assignatur ratio .*
- 17 *Pena , che merita nel sindacato l' ufficiale , quando ave ecceduto in dar la tortura crudele , quale sia ?*
- 18 *Tortura , è pena di morte dar non si può da sindacatori .*
- 19 *Pena d' esilio si pratica nel sindacato , quando non ha osservato il giuramento dato nell' ingresso dell' officio per l' osservanza de' privilegj , e statuti , e come ciò s' intenda .*
- 20 *Pena d' indebita carcerazione .*
- 21 *Captura suspectorum delinquentium est in arbitrio Judicis .*
- 22 *Reus consignari , vel habilitari potest in forma , quando indicia ad torturam non adsunt .*
- 23 *Non syndicatur de injusta carceratione , quando fuit modica , idest parvi temporis , Et assignatur ratio .*
- 24 *Temeritas , Et Prudentia sunt inter se contraria , Et Temeritas syndicatur , idest quod fictum Temeritate , Et quando captura dicatur temerè , vel prudenter facta ?*
- 25 *Testium Audientia in syndicatu non committitur , Et in eorum examine an , Et quando citandus est officialis a U. J. Testium .*
- 26 *Testis citari , Et multari potest a syndicatoribus .*
- 27 *Baractaria quomodo probanda est in syndicatu ?*
- 28 *Testes contra syndicandum debent esse omni exceptione majores , Et qui dicantur esse tales .*
- 29 *Probationes contra officiales , qui officium non emit , Et qui est probatæ vitæ , Et sume non admit-*

admittuntur, nisi sint concludentes.

- 30 *Mediatores, Praxeneta repelluntur à testificando, & assignatur ratio cum distinctione bonæ, vel malæ famæ.*
- 31 *Juramentum suppletorium vel in litem non admittitur in syndicatu.*
- 32 *Carceratus, maximè si promittitur ei excarceratio, repellitur à testificando in syndicatu, & etiam qui fuit excarceratus, quia odium contraxit contra officialem.*
- 33 *Famulus officialis, an & quando admittitur in testamento.*
- 34 *Fuga syndicandi an, & quando probat contra fugientem?*
- 35 *Testes super querelis criminalibus examinari possunt intra primum terminum ad porrigendum.*
- 36 *Actuarius Curia potest cogi a syndicatoribus ad exhibendos processus intra primum terminum datum ad porrigendum querelas.*
- 37 *Decretum, quod discedat syndicanus relicto Procuratore, fieri potest, quando non adsunt querelæ criminales, rejecto D. Antonio Police contrarium dicente.*

De Generali Inquisitione.

1. **O**ccurrit quandoque generalem inquisitionem fieri contra officialem per successorem, & quandoque per syndicatores.

Illa tamen per successorem non fit ad finem puniendi; sed ad finem videndi meritum, & demeritum ad affectum si mereat, vel non promoveri ad aliud officium, de qua loquitur in *Prag. 7. §. en el tomar, Tit. de compos. Ibi à effecto que se tengan entendidas las acciones de cadauno Prohibiendo, que esta. Que echono puedan Postarese proveidos de otro officio. Que conformis jur. com. ut ex Bovadil. lib. 5. cap. 1. n. 158. negat Rovit. in pragm. de synd. n. 27.*

Inquisitio vero, quæ fit per syndicatores fit ad finem puniendi in syndicatu, ita dictus Rovit. ubi supra.

Syndicatores procedere possunt contra syndicandum non solum ad partis querelam, sed per generalem inquisitionem, etiam non procedente infamia ex *Prag. 2. de syndic. & Prag. 6. de officio Judicum §. item ut officiales Rovit. in d. Pragm. 1. nu. 24. cum aliis per eum ibi notatis.*

Ubi n. 15. docet formulam; quod Syndicatores Terræ Styli decreverunt procedendum esse etiam

etiam per generalem inquisitionem, quod decretum fuit confirmatum in gradu appellationis per S. R. C.

- 2 Et quod acceptato officio per syndicatores debet fieri solitum bannum, cujus formam posuimus supra cap. 4., & statim fieri debet decretum, si velint generalem inquisitionem facere contra syndicanandum, aliàs si non velint ipsi, nec coadjutor Curiae insteterit, non fit dictum decretum, sed solum fit bannum solitum, ut colligitur ex eisdem Pragmaticis.

Et d. Rovitus num. 26. cum Avilia in cap. 4. Judicii syndic. per totum, & Bovadill. lib. 5. cap. 1. nu. 122. dicit ex privilegio dictæ generalis inquisitionis recipiantur Testes absque citatione, ratificatione, & appositione certi temporis, & tempore brevi præfixo dantur capita cum dictis nominibus Testium, simul, ut valeat se defendere infra brevem Terminum absque contestatione.

- 3 Aliud privilegium habet dicta generalis inquisitio, ut officialis liberatus à syndicatoribus per generalem inquisitionem factam, non poterit ulterius molestari ab alio Judice Baronali, vel Regio, Reg. de Ponte dec. 26. quem sequitur Rovit. in Pragm. 1. de syndic. n. 15., & Sciah. de foro offi-

cial. c. 33. n. 84.

Dummodo non sit dicta generalis inquisitio facta per collusionem vel dummodo officialis non fiat malæ famæ, de Ponte, ubi supra Verd. ad Gallap. p. 1. c. p. n. 14.

De Clerico vel Milite Hyerosolimitano, qui officium laicale exercuit.

- 4 De istis occurrit quoque disputari, an syndicari debet coram laicis syndicatoribus.

Intricata est quæstio hæc; nam aliqui negant, ut latè Caball. q. crim. casu 64. Guazzim. defens. 1. cap. 22. Giurba conf. 96. n. 11. Thes. lib. 1. q. for. 18. Tapia in constit. de Personis num. 6. Covarr. in pract. cap. 33. num. 6. de Franc. dec. 479. ubi de Luca num. 3. expendit decisionem, relata a Muscat. quam duram appellat. lib. 1. p. 2. glos. veniens in Addit. lit. C. & Tasson. vers. 9. observ. 3. n.

17., qui refert, fuisse forjudicatum Clericum electum popularem tempore Ducis Ossunæ, & Thor. verbo Clericus p. 1., qui de Luca taxat Thor., & Muscat., nullam assignantes rationem, & taxat Tassonum debilem rationem assignantem, & sic contra prædictos, concludit, quod Clericus, & Miles Hyerosolimitanus gaudent foro, & à laicis syndicatoribus cognosci non possunt coram Ju-

Judice Ecclesiastico ; concludit etiam *Scil. tit. 33. de foro offic. n. 122. & An. sing. 460. & Ric. ad Franch. in d. dec. 479. & in Praxi resol. 413. p. 2. Gram. vot. 18. Clar. §. fin. q. 36. vers. quæro pone, Carrab. de synd. p. 1. n. 105., & sing. 60., & 171., Paris. de Put. in verbo Clericus cap. 1. n. 2. Ambros. de immun. Eccl. cap. 20. n. 54. Docian. pract. crim. lib. 4. cap. 6. n. 143. Campagna Capit. Regni: Item statuimus n. 43. rub. de syn. Grass. de off. Cler. off. 1. n. 838. Danza de Pugna DD. rom. 1. tit. de qualitate offic. cap. 3. n. 10.*

Et d. Scial. assignat rationem, nam :

Clericus per exercitationem officii inter laicos, non amittit Clericatum, ut desumitur ex Cap. Regni, ut cum nihil commu. habeat.

Et quod Princeps secularis non possit punire Clericum delinquentem, ratione officii, sibi ab ipso Princepe concessio. *Farinac. pract. crim. q. 8. n. 98. Marcell. de Vulpe in Praxi Judic. for. Eccl. e. 43. n. 25., Anfuld. de Jurist. p. 2. tit. 11. c. 27., Dian. resol. 19. v. 1. tit. de Immun. Eccl. & p. 4. tract. 1. resol. 39. Covarr. pract. quæst. cap. 33. post uum. 6., Tartagl. in pract. crim. cap. 7. vers. quinto, amplia.*

Alii contrarium dicunt, cum distinctione, ut quoad delicta concernentia administrationem dicti publici officii suscepti, non gaudent privilegio fori, sed Clerici, & Milites Hyerosomitani subjacent jurisdictioni seculari, quod pænam pecuniariam tantum, vel suspensionis aut privationis ab officio, non tamen præ pæna capitali, aut corporali, ita contra supracitatos Auctores latè concludit *Carlev. lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 6. sect. 3. v. 453., & seq.*

Ubi respondet illis, & pulchram rationem assignat, & demum pro dicta sua conclusione contra supradictos sequentes Auctores allegat.

Caravit. rit. 49. n. 15. Amend. ad Franch. d. dec. 479. n. 1. Bovadil. lib. 1. polit. c. 18. n. 232., & c. 19. n., & alios, ut ibi dicens, ita ipsum semper observasse, & usu receptum in praxi quicquid aliter senserint, quibus adde Cavensem in rit. 235. num. 13. & quod.

5 Clericus officium Judicis criminalis exercens inter laicos amittit privilegium Clericale dicit *Episcopus Ricc. in praxi p. 3. resol. 313.*

Et propterea in hoc Regno Neapol. ad hæc vitanda sancitum fuit per *Carol. II. in c. 159. ne Cle-*

Clerici officia secularia exercent.
de Franch. dec. 479. Carab. sing.
 60., & 171. *Niger in c. Regni,*
Quia de Vicariis n. 14. rubr. de
non ordin. vic. Masull. ad Ca-
pyc. dec. 66. nu. 2., & decis. 178.
nu. 1. de Ponte rubr. de elect. of-
fic. §. 7. nu. 2. fol. 128. de potest.
Proreg.

6 Clericus verò effectus post of-
 ficiū susceptum, durante offi-
 cio, an de gestis in officio sit à
 syndicatoribus laicis puniendus,
 Clericali privilegio non obstante?
 concludit non posse a laicis syndi-
 catoribus cognosci *Scial. d. c. 33.*
de foro offic. d. n. 122. in fine,
ex Bald. de Angelis in suo Prato
super offic., & super l. si quis Cu-
rialis n. 2. C. de Episc., & Cle-
ric., & Squillant. de Privileg. Cle-
ric. cap. 7. n. 88.

7 Exemplo Notarii, qui factus
 Clericus post Notariatum de in-
 strumento falso punitur à Judice
 Ecclesiastico, *Mastrill. decis. 159.*
 Quicquid *Giurb. dicat cons. 14.*
n. 23., quod in hoc non gaudeat
 Clericus fori privilegio.

Et hoc casu sine difficultate
 gaudet Clericus, licet qui à prin-
 cipio erat Clericus, cum difficul-
 tate gaudet ut supra diximus,
 quia diversum est esse Clericum,
 & depositò Clericatu per contra-
 rium actū exercendo laicale offi-

ciū Notarii Clericatum videtur
 renuciassè.

At si efficitur Clericus post of-
 ficiū, dum est Clericus, omnino
 est exemptus à laicali jurisdictione,
 & sic ratio, quæ militat in uno
 non militat in altero casu, quod
 benè nota.

Occurrit disputari.

De Compromisso in syndicatu.

8 Ad cujus declarationem scias,
 quod per *Prag. 1. de syndic.* data
 est forma syndicandi, quæ si præ-
 termittitur, redditur omnis actus
 nullus, tanquam contra formam
 & casum *Reg. Prag.* factus.

9 Potest tamen de consensu par-
 tium conveniri, ut causæ civiles
 tantum decidantur per Talem
 Doctorem, qui cum sit voluntariè
 ab utraque Parte approbatus, il-
 lius sententia impugnari non po-
 test, per *Tex. in l. quidem consu-*
lebat §. se. l. forte D. de re judic.

Nec potest recusari *Anna al-*
leg. 72. n. 1. Verum non potest
 judicari ultra rem compromissam
Anna sing. 36. in lit. A., & alleg.
99. nu. 23. Nam ultra compromif-
 sum faceret actus nullum cum sit
 compromissum voluntarium, &
 non necessarium, *Minad. dec. 25.*
Menoch. de præsump. lib. 1. q. 46 n.
11. vers. 7. & consensus fuit datus
 ad illam rem tantum.

Potest etiam syndicator cum
 con-

consensu syudicandi, quando præsentatur querela civilis committere alicui Doctori infra terminum ad porrigendum, ut causa decidatur infra terminum ad proseguendum per d. Doct. Arbitrum, tanquam comunem amicum Doctore potest appellari licet esset appellationi in compromisso renunciatum, & dicta appellatio fit ad M. V. C. Hæc omnia concludit *Carab. singul. 51.* ubi alios allegat.

Occurrit etiam disputari.

De delictis Officialium.

An, & quando cognosci possunt a Barone?

10 Cum regula sit quod de delictis officialium activè, & passivè sola M. C. V. cognoscit, activè idè si offendant, passivè, idest si offendantur, & intellige quod tunc sola M. C. V. est competens, quando offensio procedit intuitu officii, & non odio particulari, ita *Ritus M. C. V. 49., 51. & 61.*, enunciati per *Pr. de Franch. dec. 274.*

Et est *cap. Regni 184.*, enunciatum per *Scial. in cap. 33. de for. offic. n. 86.*

Et dicti Ritus procedunt tam in officialibus Regiis, quam Baronalibus, de quorum delictis sola M. C. est competens, etiam si officiales essent Vassalli Baronum, ut *Capibl. in Prag. 8. de Baron. n. 121., de Luc. ad Franch.*

in dicta decis. 407. n. 1. in fine, & dictus de Franch. dec. 274., rejecto Capyc. in 37. & Affl. in constit. Magister Justitarius, & Foller., Contrariam tenentibus, ut latè d. de Luca.

Et hæc præeminentia cognoscendi de delictis officialium est communicata etiã Regiis Audienciis, *Danza tit. de Remiss. caus. cap. 1. n. 47., qui n. 62.* dicit solum in Baronalibus, & secus in Regiis officialibus, contra quos non posse per Regias Audiencias procedere sine licentia Proregis, & taxat *Petrain ad Gram. in dec. 140.* contrarium dicentem, quem *Danza sequitur de Luc. ad Franch. observ. 407. n. 6. in fin., Tap. in constit. Magister Justitarius.*

11 Sed contra officiales in arduis delictis, licet sola M. C. V. est competens, ut supra diximus, tamen potest suspendi, & privari a Barone, *de Luc. ad Franch. observ. 407. num. 3. versus fidem. Mastrill. dec. 88. num. 14. qui exemplificat, ut in stupro, adulterio, & negligentia in arduis delictis, & d. de Luc. num. 4. tenet cum Danza de Pugn. DD. tom. 1. tit. de official. cap. 5.* Officiales Baronis cognosci a Barone, durante officio de Baracteria, furto commisso in officio, & cognitione carcerata, & privari officio, quæ pri-

vatio fieri non potest, sine actu judiciali, & causæ cognitione, & d. Danza nu. 7. allegat Ann. alleg. 104.

Sed idem Danza sibi contrarius Cod. tit. c. 10. n. 7. distinguit, quod si officialis deliquit intuitu, & contemplatione officii, Baro non est competens, ut allegatur per Foller. in verbo audiantur excusatores n. 137.

Secus si ex causâ privata, aut odio particulari, potest Baro cognoscere, ex Franch. dec. 326. num. 3. Capibl. Prang. 5. num. 76.

Ubi d. de Luca advertit, quod dum Baro habet jurisdictionem habitualement tantum, idest in dominium, & non habet jurisdictionem actualem, idest in administrationem, non potest cognoscere de per se, sed delegando, vel per Judicem secundarum causarum, allegans quod pro Barone tenet Altim. ad Rovit. cons. 90. n. 19. lib. 2. Et dictus de Luc. n. 1. dicit Judicem secundarum causarum posse cognoscere de excessibus inferioris officialis primarum causarum, ex Sanfel. dec. 315. nu. 33.

Ampliat Scial. in c. 33. de foro officialium n. 94., quod licet Baro habeat amplissima privilegia cognoscendi de delictis omnium delinquentium in ejus Terra, offi-

cialis in sua Terra delinquens non remittitur ad Baronem, & ita decisum dicit ex Mari ad Gramm. dec. 40. n. 5. Thor. compend. decis. tom. 2. verbo Remissio fol. 582. Sanfel. dec. 1. n. 2. Ideò cogita.

12 Immo d. Scial. nu. 129. dicit quod officialis removeri non potest a Barone, sed per Regios Superiores ex Cap. Regni 35. ibi; Et hoc sit de conscientia nostra, & docet Capibl. Prag. 5. num. 76.

Subjugens, quod licet ex alio Capir. Regni 184. ubi Campagna n. 7., neque M. C. possit amovere officiales, in consulto Rege, tamen practicatur in officialibus Regiis tantum, secus Baronibus, quos in dies M. C. amovet ex iusta causa, sine consensu Regis,

Vide omninò Addit. ad Sanfel. dec. 345. versus finem, ubi plura, & pulchrè.

13 Et conferunt quæ nos diximus in nostro Theoremate de foro compet. quod Judex est competens pro injuria sibi illata prætextu dignitatis, & officii, secus si injuria sit illata, ut personæ privatæ, nam tunc superior adeundus erit Sanfel. dec. 63. num. 1., Et Cyn. in l. 1. c. ne quis in sua causâ, Alber. ibid., Clar. q. 35. vers. solet etiam.

Et ratio est, quia intuitu officii offenditur Respublica, ita Carrab. singul. 245. Et de Franch. dec. 722.

n.27., *Paris. in verbo injuria offic. cap.3.n.3.*, *Affl. in const. constantem n.2.rubr. de injuris*, & *in const. ut participatio n.7. rubr. de injuriis*.

14 Est tamen advertendum, quod aut delicta officialium sunt illa, quæ spectant ad syndicatores, et est expectandus syndicatus.

Aut sunt delicta, pro quibus officialis debet privari officio, & spectat ad M. C., & R. Audient. ubi licet Baro sit incompetens in cognoscendo, potest tamen semper informationem capi facere per aliquem delegatum ab ipso Barone, & officialem repertum culpabilem carcerare, & carceratum, una cum informatione ad M.C. crim. transmittere, *Scial. cap.33. de foro offic. num.104.*, & *Mastrill. dec.288. nu.28. Capib. in Prag.5. num.69.*, & *in Prag. 8. p.2.n.176.*, & *tom. 2. cap. 25. n. 7.*

15 Hic quoque est advertendum quod decisio querelarum criminalium non remittitur ad Curiam non Criminalem Vicariæ in causa appellationis, vel nullitatis ab actis factis per syndicatores in syndicatu, ut latè dixi in *cap.10. hujus tertie partis*, ex rationibus ibi adductis, nam Judex secundæ instantiæ succedit in locum vicem, & jurisdictionem Judicis primæ instantiæ, a quo fuit appellatum, vel de

nullitate dictum.

Verùm quando non appellatur à syndicatoribus, neque de nullitate dicitur, sed ob inimicitias contractas in loco syndicatus obtinet dispensationem a S.E., ut syndicatus præstetur in M. C. V., quæ constituto de inimicitia, committit, ut fiant banna, & porrigantur querelæ apud officialem loci vicinioris, quibus receptis, & illis transmissis ad M. C. V. civilis, tunc fit separatio querelarum in lecturam illarum, & querelæ civiles remanent in Vicaria civili, & criminales transmittuntur ad Vicariam criminalem, & ita practicatur, & praticari debet, de qua præxi testatur etiam *D. Ant. Police de Præminen. Regiar. Audien. Tir.8. cap. 3. in fine*.

Et ratio discriminis est, quia in prima instantia Vicaria civilis non habet jurisdictionem in querelis criminalibus; ideoque separari debent querelæ criminales a civilibus, secus est in secunda instantia in casu appellationis, vel nullitatis, quo casu Vicaria civilis succedit in eandem jurisdictionem, quam habeant syndicatores, tam in causis civilibus, quam in criminalibus.

16 Hinc oritur illa Praxis Vicariæ Civilis decidendi causam syndicatus in gradu appellationis factæ a syndicatoribus cum actis, & pro-

bationibus factis per dictos syndicatores in prima instantia, & absque novo termino ad non producta producendum, & non probata probandum.

Et ratio est, quia decretum latum in causa syndicatus dicitur interlocutorium; quicquid in contrarium dixerit *Police tit. 7. cap. 14. n. 18.*

Occurrit quoque disputari.

De Pœnis in syndicatu.

- 17 E primo per l'eccesso, che fa l'officiale nella tortura, quando il Reo non muore, si suol dar pena di due anni di carcere colla pubblicazione della terza parte delli suoi beni, *l. nemoq carcerem C. de exact. Trib. lib. 10. Clar. in §. fin. quest. 64. de Marin. lib. 1. resolut. 250. num. 15. Gram. conf. crim. 15. num. 16. citati da Verde a Galzap. p. 1. cap. 1. n. 87.*

Ma quando il Reo muore alli tormenti, o vero pendente l'appellazione s'esegue la sentenza criminale, all' ora l'officiale si suole condannare a morte per lo capitolo del Regno *si rectè quis appellatur*, e detti Autori, ubi supra.

Per l' indebito tormento se il reo morisse, il Giudice merita pena di Morte, o almeno pena arbitraria, così conchiude *Matteo Clarizia de syndic. nella Prat. Civile di Broja cap. 17. nu. 129. fol. 124. per lo Test.*

in l. milites §. 1. D. & C. de questionibus, & l. questionis modum, & l. fin. D. eodem l. 1. in principio, & §. 1. & l. Cornelia D. de Sicariis Farin. 1. tom. crim. tit. 4. q. 27.

- 18 La pena però della Tortura non si può dare nel sindicato; nè meno la pena di morte, o mutilazione de' membri, come avemo detto sopra nel c. 11.

- 19 Nell' ingresso deve l'officiale giurare di osservare i Privilegj, e statuti, e chi non l'osserva merita la pena dell' esilio, *Carrab. part. 2. n. 96. Novar. Prag. 1. de syndicat. n. 12. Scialoja de foro officialium c. 53. n. 54. Clarizia alla Prat. Civ. di Broja cap. 12. n. 170. fol. 124.*

Dicesi bensì, che non sia spergiuro, se non osserva la consuetudine, quando ha giurato osservare li privilegj, e statuti, *Novar. e Scial. ubi supra*, perche il giuramento dato per li privilegj, e statuti non oblige all' osservanza della consuetudine.

Occurrit disputari.

De indebita Carceratione.

- 20 Si Judex aliquem injustè carceraverit, aliqui volunt teneri non solù ad pœnam arbitrariam, & ad medietatem salarii per Cap. Regni: Item *caveant Justitarii*, sed etiam pœna injuriarum per *Prag. 1. de Custodia Reorum, & camp. sup. dict. cap. Regni.*

Et

Et de jure communi tenetur carcerato actione in factum, & ad interesse *l. fin. ubi Alex. in Addit. ad Bart. C. de pœna Judicis*, qui malè judicat, *l. si Judex ff. de variis, & extraordin. cogn. & alii relati per Caball. cas. 86. num. 1.* & quod tenetur pœna arbitraria, & ad rescipiendum interesse ad beneficium carcerati concludit *Claritia* apud *Broja prax. civ.*

Et quod officialis tenetur in syndicatu, etiam pro modica carceratione, tenent *Carrab. de synd. p. 2. n. 55.*

Sed veritas est, quod tunc habet locum supra firmata conclusio, quod carceratio fit ex dolo Judicis, ob vindictam, vel ob extorquendam pecuniam.

Secùs verò, ubi nulla adest suspicio inimicitiae, vindictae, vel fraudis, & detentus relaxaretur sine impenfa.

Tunc enim in aliquo, Judex non teneretur, & ita servari in practica concludit idem *supracit. Caball. d. cas. 86. num. 2.* & ita concludit *Rovit. sup. dicta Pragmatica 1. de custodia Reorum na. 5. A. 6.*

21 Duobus rationibus assignatis per dictum *Caball. Prima*, quia in capturis lex plurimum tribuit Judicis arbitrio, ut ex *Foll. Claro, Farinace. dictus Caball.* probat, & ego addo *Scopp. ad Nicolin. in*

Prax. crim. n. 30. concludentem, capturam esse Judici arbitrariam, & posse suspectos carcerari, etiam non constituto de corpore delicti, & ita hodiernum usum servare testatur ex test. non solum *Farinace. Guazzin., Scialoja, Reg. de Ponte, Foll. & de Angel. ad Foll.*

Sed testimonio Modernorum v3. *conf. Petr. in rit. 31. num. 4. conf. de Rosa in Prax. crim. cap. 3. 70.*

22 Nam si indicia deficient ad Torturam, provideri potest, ut consignetur, vel Reus habiletur in forma, cum ita Fiscus cautus aliquo modo reddatur, ex *d. de Rosa, ubi sup. n. 12.*

Tale arbitrium tamen debet esse regulatum cum grano salis, ut advertit idem *Caball. ubi sup. casu 86. in fin.*

Altera ratio assignatur a *dict. Cabal.* nè minus tepidi, & frigidi reddantur Judices in capturis Reorum, si circa eos scrupulosè contra ipsos agendum esset.

Tertia demum ratio assignatur ab eodem *Caball.* ubi supra, quod potest responderi, prout *Azor.* respondebat Imperatori, Ità lege cavetur, sed in practica non habetur.

23 Et ubicumque aliquis modicam patitur carcerationem, licet sit injusta de hac modica coertione officialis non syndicatur, ita contra *Carrab. supracitatum* concludit novis-

novissimè *Novar. super Pragm. 1. de syndic. offic. nu. 10. Peguer. decis. 82.*

Fieret enim officialis nimis timidus, & ridiculus ideoque per quamcumque culpam levem, aut parvam negligentiam non syndi-
catur, *Legar., & Rovit. in prag. 1. de syndic. & Clarizia loco citato.*

Quartam addo ego rationem a nullo huc usque forsàn considera-
tam ex verbis ejusdem *Prag. 1. de syndic. de promptam, ibi: nè igitur in licentiam temerariam, & abusu-
sum prædictum, officiales continuè procedant, &c. statuimus, &c. quod stari debeant ad syndi-
catum, &c.*

Nota temerariam, & continuè. Nam per temerariam includitur, ut syndicetur temeritas solum officialis, & per illud continuè includitur excessus continuatus tantum, & non de modico excessu, cum de modicis non curat Prætor.

24 Et meritò quidem temeritas tantum syndicatur, nam *Cic. pro Marc. dixit, Nunquam enim temeritas, cum Sapientia miscetur, nec ad consilium casus admittitur.*

Temeritati est contraria virtus Prudentiæ, Undè *Cic. de senect. dixit, Temeritas est florentis ætatis, Prudentia senectutis,*

Et temerarius propriè inconfultus dicitur, & casu aliquid faciens.

Prudens verò consultus dicitur & data opera aliquid faciens, hinc Jurisprudentes etiam Consultus, & peritus jure dicuntur.

Undè quando carceratur aliquis suspectus, si pauper, vel malæ opinionis, vel famæ sit, vel solitus delinquere, vel rixosus, vel filius famil. ante captam informationem non dicitur Temerarius Judex tales carcerando, sed prudens, nedum informationem, & delicti corpus investigat, Reus impunitus evadat, *ut dict. de Rosa Scoppa ubi supra, & aliis legitimis suadentibus causis, ut Fiscus cautus reddatur, præsertim in delictis occultis, vel atrocioribus. Et ex hac conclusione tene-
tæ menti Personas quas licite poteris tu Judex carcerare de facto antequam fiant probationes.*

Nè prudens, & sciens eo te dimittas, unde exitum vides nullum esse. At semper officialis, ubi non dolosè egit, quia si culposè egit non syndicatur, ut resolvit, *Cancer. var. resol. lib. 3. c. 2. n. 69. quem sequitur Scial. tit. 33. de for. offi. n. 98. in fin.*

Non enim prudentia est semper tuta, nec Temeritas ubique felix.
Occurrit dubitari.

De

De Probationibus, & testibus in syndicatu .

15 Item scias quod Audientia Testium in syndicatu non admittitur, cum sit odiosa materia, & sunt præfixi termini ad porrigendum, & profequendum querelas, *Masull. ad Capyc. dec. 90. Carrabb. sing. 20.*

Testes quando sunt examinandi per syndicatores; debet citari syndicanus ad U. T. J. *Carrabb. sing. 199. Et c. 2. de Testib. l. Judices c. de fide instrum. l. si quando C. de Testib.*

Quod intellige in causis civilibus, nam in causis criminalibus examinantur Testes ad instructionem Judicis, non citato querelato ad U. J., nisi quando dicti Testes examinati reperiuntur, & tunc in syndicatu neq; citatur officialis ad U. J., sed quia officialis est præsens in syndicatu, Testi datur juramentum in faciem inquisiti, & sic breviatur tempus, & non fit repetitio, ut observabis in formula ex animis per nos tradita c. 8. n. 11.

26 Testis non solum citari potest à syndicatoribus, sed etiam cogi ad comparendum, & qui non comparent multari possunt a syndicatoribus. *Borr. conf. 85. quem sequitur. Rov. Pra. 1. de synd. n. 12. Carrab. p. 1. c. 10. n. 131. rejecto Carav. & nunc adde Scial. c.*

33. de for. official. n. 85. *Gallup. Prax. civ. cap. 1. n. 16.*

27 Baracteriæ crimen, tam activè, quam passivè de jure communi probatur per conjecturas, & præsumptiones, quia est crimen difficilis probationis, undè .

Primo probatur per fugam officialis .

Secundo per Mediatorem .

Tertio, per familiares Judicis, & etiam per testes de domo, vel capitulo .

Verum testes non debent esse suspecti, sed idonei, & ideo qui petitione porrexit contra officialē suspectus est; & non admittitur in testem, *Mascard. de probat. concl. 264. 165. , Et 166.*

Sed de jure Regni hanc opinionem *Mascard. non servari*, dixit *Bajard. ad Clar. q. 73. n. 18. ob Pragm. 2. tit. de Muner.*, per quam in Regno tres testes singulares bonæ famæ, & opinionis requiri ad probandum baracteriam, dixit *Bajard. & Imbrian. in tract. de repret. requis. 10. n. 397.*

Sed *Danza tom. 1. de Pugn. Doctorum tit. de offic. in gen. cap. 3. n. 5. taxat Bajard. non advertisse Prag. 4. eod. tit. de Muner.*, qua disponitur non tres, sed quinque testes requiri, quamvis singulares, etiam de diversis actibus, & temporibus deponentes; Ideo

con-

concludit in Regno quinque testes requiri.

- 28 Testes contra syndicandum debent esse omni exceptione majores, ita concludit *Gallup. in prax. Civ. p. 1. c. 1. n. 40. Et constit. Regni corruptela crim. ibi: legitima probatione convictis*, ut notat *Affa. ibi, Et Gram. Et*

Testes tunc dicuntur omni exceptione majores, quando nullo defectu Mundi, etiam frivolo, & modico possunt notari, *Gallup: ubi supra ex Glos. in c. 1. de confang., Et affin. Gram. conf. 35. n. 9.* Imo nec de aliquo, ex quo possit turbari mens Judicis ad credendum, ut docet *Purpur. conf. 278.*

Et quod magis est ista qualitas articulanda, & probanda per Fiscum, aliàs non præsumeretur, *Gallup. ubi supra ex Affa. Et Gram. in d. Constit., Et in d. conf. 25., Mascard. concl. 132. n. 15., Et concl. 128. n. 12., & per Bertaz. conf. 181., ubi latè, Et n. 50 dicit.*

Hunc defectum posse obiici contra Judicem inquirentem testes, *Alleg. 7. n. 27. vers. quæ qualitates.*

Sed de oppositione contra Testes videndus est. *Police de præminet Reg. Aud. tit. 7. cap. 1. usq; ad. 5. & quæ nos diximus Et per*

Carrab. fuit dictum, p. 1. cap. 14.

Probationes contra officialem non sufficiunt ordinariè, sed requiruntur luce meridiana clariores, ut latè *Mascard. de prob. concl. 165., 166. Et 457. Bertaz. conf. 71. n. 11. vol. 1. Bajard. q. 73. n. 16. in fine, Et n. 18. Turret. conf. 4. n. 88.* Quos sequitur, & allegat *Guazz. defens. 36. c. 10. n. 2. Belug. in spec. Prin. tit. de grav. Civit. rub. 44 §. quem multitudo n. 3. Rovit. in Prag. 1. de syndic. num. 3.*

- 29 Immò probationes non admittuntur in syndicatu, nisi sint concludentes, maximè contra officialem probatæ famæ, & vitæ, & qui officium non emit, *Reg. de Ponte dec. 16. n. 5. Gallup: in Praxi p. 1. n. 28.*

- 30 Mediatores, & Praxenetæ repelluntur à Testamento, quia sunt focii criminis, ita concludit *Gall. Pr. civ. p. 1. c. 1. ad n. 42. ex tex. in l. cum omnes §. fin. ff. de re judic. Et n. 45.* concludit, quod depositio horum mediatorum nullā fidem facit contra officiales, ex *cap. 1. de testibus, DD., quos congerit Catal. de syndic. q. 96. Amodeus in eod. tract. n. 187. vers. sed pone Paris in verb. Probatio c. 2. incip. contra officiales n. 2. Farinac. de indiciis q. 43. n. 53., Et de opposit. contra Testes q. 60. n. 422.,*

Ma-

Mascard. de probat. concl. 1311. vers. socius Boss. tit. de opposit. contra testes n. 57. Bertaz. conf. 341. n. 23. ubi.

Ampliat etiam, si Mediator esset magnæ fidei, *Mascard. supra n. 35. & etiam si esset Clericus, Farinac. supra n. 23.*

Nec prodest, quod Mediator efficiatur testis Fisci *Gram. det. 28. n. 23. Masc. concl. 1311. n. 8. Testa alleg. 7. n. 16. & 39. quas allegat, & sequitur d. Gallup. ubi sup.*

Et ratio, quare mediator deponens aliquid dedisse officiali non valet ejus testificatio, quia illa testificatio supponitur fieri ad se exonerandum, cum facile sit, ut Mediator figuret, quod officialis ignorat se retinendo pecuniam, quam dicit dedisse officiali, ita *Dulcer. in tract. de syndic. n. 31. & Carrab. sing. 174. & Rota Bononiens. decis. 62. & idem Carrab. part. 1. cap. 13. n. 190. & melius Ursil. ad Afflit. decis. 369. n. 12. ex Doct. Bart. in l. desert. ff. de jure Fisci, quem sequitur Vincent. de Vita in suo Repert. verbo Mediatori, & latè Scial. de foro offic. c. 33. n. 39. ubi dicit Carrabam sibi ipsi contrarium in Add. in fin. sui opusc. n. 113. & nu. 116. scripsisse quod extorsio probetur per Mediatorem bonæ*

famæ, cum sit difficilis probationis, et potest probari per præsumptiones, ex quo idem *Carrabb. nu. 116. infert, quod si probatur tractatus quod findicandus volebat ab inquisito tot ducatos, pro tali inquisitione, tunc extorsio probatur per mediatorem bonæ famæ, & vitæ.*

Sed veritas est, ut idem *Scial. nu. 40. ibidem concludit quod prius debet probari fama officialis si sit bona, vel mala, et etiam fama querelantis, vel Mediatoris sit bona, vel mala, quia contra officialem bonæ famæ non admittitur Mediator ad testificandum, sed si officialis est malæ famæ admittitur Mediator qui est bonæ famæ, & testatio Mediatoris adminiculatur cum aliis testibus deponentibus de tractatu habito inter officialem, & inquisitum de solvendo ducatos tot, nam tractatus antecedens, solutio per mediatorem subsequens, & excarceratio inde sequuta, & mala fama officialis movet Judicem ad credendum illam extorsionem esse factam.*

31 Nec est amplectenda opinio *Scial.* circa juramentum supplementarium, quod in syndicato non admittitur, immò nec in aliis causis hodiè admittitur in M.C.

Q q Pro-

Probatio per juramentum suppletorium, vel in litem non fit in causa syndicatus, de quo vide hic in cap. 11. de prohibitis in causa syndicatus.

32 Carceratis nulla fides est adhibenda contra Judicem, *Gram. dec. 39. n. 10. Bald. in l. si ipsius C. famul. ercis. Paris. de Put. de syndic. vers. suspicio.*

Maximè si eis promitteretur excarceratio (ut solent imperiti Judices) *l. non omnes §. fin. ff. de re Judic. Boss. de apposit. contra testes n. 21.*

Ità hæc omnia latè concludit *Gallupp. in Praxi p. 1. cap. 1. num. 58.*

Et etiam qui fuit excarceratus, repellitur a testificando. *Bajardus q. 73. n. 16. Guazzin. defens. 36. cap. 10. nu. 2.* quia per carcerationem odiosus contra officialem.

33 Famulus officialis syndicandi tunc potest in syndicatu esse testis pro ipso officiali, quando ipsum testem non tangunt. *Paris in tract. de synd. q. 6. Angel. de Perus. in tract. de syn. n. 511. Carald. in tract. de synd. n. 4. Carab. in sug. 230.*

34 Fuga syndicandi an & quando facit plenam probationem? Dic quod si fiat ante depositum officium, tunc nullam probatio-

nem facit contra syndicandum, *Polic. de præm. Reg. Aud. tit. 8. cap. 6. n. 6. Niger in cap. Regni item statuimus n. 49.* Sed cogitur ad parendum syndicatui ut ego ipse dixi in 1. part. cap. 15. ad Carrabbam.

Si vero fuga facta fuerit tempore lecturæ querelarum, vel post, tunc officialis fugiens pro confesso habetur in querelis contra ipsum expositis, *d. Police ubi supra n. 6. & Campagna in cap. Regni 132. num. 12. Vivius comu. opin. 343. num. 35. Reverz. dec. 257. de Marinis ibi per tex. in l. Consiliarios C. de assessoribus.*

Sed si fuga fieret a syndicando ad M. C. V. vel ad Reg. Aud. allegando timorem factionis contrariæ, vel aliam causam fugæ, tunc dicta fuga nihil probat contra officialem fugientem, nam fugere non dicitur, qui ad superiorem accedit. *Rol. & Niger. ubi supra in c. statuimus n. 49. Barrius dec. 215. Carrab. p. 1. c. 15. n. 215. fol. 3.*

35 Licet officium syndicandi quiescit in primo termino statuto ad porrigendum querelas, *Vant. in tract. de nullit. sent. verba de nullit. ex defectu Jurisdictionis n. 157. Bald. in l. penult. ff. de*

ff. de Arbitr., Jason. in l. qui pro Trib. n. 37. & 38. ff. de re-Judic. Dec. in cap. significante nu. 7. de offic. Deleg. Carrab. in sign. 199.

Tamen possunt in dicto primo termino examinari testes super querelis criminalibus, quia dictus actus non est nisi præambulus, & præparatorius, *Carrab. sing. 199. ex doctrina Clari in Pract. crim. quæst. 22. n. 3. Alex. cons. 65. n. 9. in fine, Salicet. in l. fin. in fine C. de quæstion.*

36 Et eadem ratione in primo termino possent cogere officialem, & Actuarium Curie ad exhibendos processus, quia dicta exhibitio & testes super informativo fiunt ad instructionem syndicatorum.

37 Nec ommittendum puto, quod *D. Antonius Police rit. 8. c. 6. de præem. Reg. Aud. n. 13. increpat contra Carrab. par. 1. n. 169. de syndicatu* dicentem, posse per syndicatores licentiarum syndicandum relicto procuratore, quando non adsunt querelæ criminales, & contra *Carrabam* concludit, quod dicta

praxis est contra expressum casum *text. in l. 1. C. ut omnes Judices §. quod si intra* ubi hoc prohibet fieri.

Sed dictus *Carrabba* non meruit reprehendi, quia praxis est vera legum intellectrix, & multa quæ longo calamo in Jure differunt, in practica unico vocabulo resolvuntur. Ideo respecto *Police*. concludendum & cum *Carrabba*, & aliis per me notatis in hac *part. 3. cap. 6. n. 15.* & sic in praxi est receptum, & ratio est palpabilis, quia in causis civiliter intentatis possunt per procuratorem defendi, præstita cautione de stando Juri, & solvendo judicatum, & sic nullum præjudicium inferitur querelantibus, imò tali casu evitat expensas pro salario Consultoris, nam acta civilia possunt mitti ad votandum, & evitatur onus solvendi, & salarium Consultoris, & militat ratio, ne sportulæ, & expensæ litis impotent majorem quantitatem querelæ civilis, & ut querelantes, & syndicandus ab hoc onere exonerentur.

F I N I S .

1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900

1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900



